Kl
1270

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0004-7

F. 12. num. 17.

DE
*NON VSV*
# IVDICII PARIVM CVRIAE
IN
CAVSSIS VASALLORVM
HASSIACORVM
SINGVLATIM
CATTIMELIBOCENSIVM
*INTER SE*
ET
*CVM EXTERIS*
*LITIGANTIVM*

DISSERIT

GODOFREDVS DANIEL
HOFFMANN
PHIL. ET IVRIS VTR. DOCTOR, SACRI CAES. PALATII COMES
SEREN. WVRTEMB. DVCIS CONSILIARIVS, IVRIS
PVBL. ET FEVD. PROFESSOR PVBL. ORD.

TVBINGAE
TYPIS ERHARDIANIS.
M.D.CC.LVII.

P 3411
Kl 1270
KÖNFRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0005-3

F. 12. num. 17.

# DE
*NON VSV*
# IVDICII PARIVM CVRIAE
IN
CAVSIS FEVDORVM
HASSIACORVM
SINGVLATIM
CATTIMELIBOCENSIVM
*INTER*
*CONVASALLOS*
*CONTROVERSIS*
DISSERIT

GODOFREDVS DANIEL
HOFFMANN
ICTVS TVBINGENSIS.

---

TVBINGAE
TYPIS ERHARDIANIS.
M. D. CC. LVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0007-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0008-0

DE

*NON VSV*

# IVDICII PARIVM CVRIAE

IN

## CAVSIS FEVDORVM HASSIACORVM

SINGVLATIM

CATTIMELIBOCENSIVM

*INTER*

*CONVASALLOS*

*CONTROVERSIS.*

### I.

Si qua in re, antiquiores pariter atque recentiores, beneficiarii juris cultores, in diverſas & contrarias quidem partes diſtrahuntur; diſtrahuntur autem proch dolor! maximo juris clientelaris doctrinæ & prudentiæ damno atque incommodo, in permultis ejus-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0009-9

ejusmodi argumentis, quæ tamen confecta dudum, protrita atque ad pulviſculum usque excuſſa jure meritoque arbitreris: in negando certe, diſſimulando, atque adſtruendo contra, vindicandoque *hodierno judicii* PARIVM CVRIAE *in cauſſis feudalibus uſu*, non in *partes* modo, ſed in *ſectas* plane, mutuis inter ſe odiis inclutas, abeunt, nullum miſcellionem, vel herciſcundum facile admittentes.

## II.

Sunt nempe, qui in medio tenebrarum aliquid lucis nacti, ſibi aliisque magno conatu perſuadere ſatagunt, omnia ea, quæ in utroque jure feudali, de PARIBVS CVRIAE & de ſingulari eorum, tanquam *ordinario, cauſſarum feudalium, judicio* traduntur, antiquis & anilibus fabulis, inutilibus hodie commentis, vel certe neſcio quibus, hodierno feudorum, judiciorumque genio minus convenientibus rabularum artibus, accenſenda eſſe. Celebres hoc nomine ſunt IVSTVS GEORGIVS SCHOTTELIVS, in *tractatu de ſingularibus quibusdam & antiquis in Germania juribus*, **von unterſchiedlichen Rechten in Teutſchland, als zum Exempel, von dem Mann-Lehn-Recht,** *Cap. IV.* §. 9. *pag.* 118. ubi poſt adducta Conſtitutionis Electoralis Saxonicæ (*P. I. C.* 27. in BENED. CARPZOVII *Jurisprudentia forenſi, Romano Saxonica, P. I. pag.* 239.) antiquum judiciorum Saxoniæ feudalium ordinem tollentis, eique ordinarium proceſſum ſubſtituentis verba, *in nota* pergit: “ *Notum inſuper eſt, hanc judicii* „*antiqui formam diu in tota Germania deſiiſſe: Læſi Vaſalli* „*in hoc ſeculo hinc inde quidem tentarunt, ſucceſſu non adeo* „*felici, & veteri procedendi modo abrupto: ſucceſſit auxilium* „*legi-*

„*legitimum aut ex Camera*, *aut judicio aulico*, *aut ordina-*
„*rio judicio provinciali.*„ GE. ADAMVS STRVVIVS in *Syntagmate juris feudalis*, *Cap. XVI. aph.* 6. *num.* 5. qui tamen *pag.* editionis *Senckenbergianæ* & *Francofordienſis* de *anno* 1734. noviſſimæ 595. nihil aliud perhibet, quam quod *alii*, *ipſum Imperatorem*, *ut & Principes Imperii*, *de controverſia inter ſe & vaſallos*, *per conſiliarios cognoſcere* ſtatuant, ad BARTOLVM, in *L.* 41. *de heredibus inſtituendis*, & CYNVM, in *L. un. Cod. ne quis in ſua cauſſa judicet*, *vel jus ſibi dicat*, & inprimis quoque ad AMEDEVM a PONTE, in *tractatu*, *in cauſis feudalibus*, *quis ſit judex?* (tum, una cum *quæſtionibus feudalibus*, *Turini* anno 1580. fol. & *Vitembergæ* anno 1619. 8. tum, una cum *Piſone* & *Garzonio*, *de feudis*, *Francofurti*, anno 1598. 8. tum in *Tractatus Tractatuum Vol. X.* edito) ſcribentem; „ *Impera-*
„*toris & Principum habentium imperialia jura*, *præcipuum eſſe*,
„*ut in cauſſa propria jus dicere poſſint per ſe*, *ſive per officia-*
„*les*, *a ſe deputatos*„ provocans. SAM. STRYKIVS, in *Examine juris feudalis*, *Cap. XXV. quæſt.* 4. „ *Sed annon pares*
„*curiæ ſimul adhibere debet dominus? Diſtinguunt doctores in-*
„*ter feuda regalia & non regalia. In his dominus pares curiæ*
„*ſimul adhibere debet.* 1. *F.* 18. & 2. *F.* 15. *in fine quod mo-*
„*ribus non obtinet*, *ſed in conſilio principis cauſſa ventilatur.*„
MORIBVS inquit, quod *moribus*, ſive aliorum *hodie*, certiſſimum plerumque genuini juris Germanici argumentum eſt: vid. IO. CAR. HENRICVS DREYERVS, *de uſu genuino juris Anglo Saxonici*, §. *I. pag.* 5. & *ſq.* nec non *illuſtris* Marburgenſium Procancellarii IO. GEORGII ESTOR **bürgerliche Rechts-Gelehrſamkeit der Teutſchen**, (liber, quo me non facile ullus alius magis inſtruxit, delectavitque, a *Cel.* IO. ANDREA HOFFMANNO hoc

 demum

demum anno, editus, §. 2. *pag.* 1. IO. IAC. WINZIGERVS, in *annotationibus* (optimam partem e STRVVIANO *ſyntagmate* exſcriptis) ad *Examinis Strykiani* all. locum, *pag.* 662. ad verba: "*Sed in conſilio Principis cauſa* „*ventilatur*) *vulgo* **vor der Regierung;** *quanquam in non-* „*nullis locis reperiatur ſpecialis præſes feudalis cum ſuis Aſſeſ-* „*ſoribus. Quæ ergo de paribus curiæ afferuntur in jure feu-* „*dali, hodie nullius erunt momenti.*„ IO. WOLFGANGVS TRIER, in *animadverſionibus* (ultra LYNCKERVM haud quaquam ſapientibus) ad *Examinis Strykiani* locum all. 278. & 280. *pag.* 195. *ſq.* & CAR. HENRICVS MÖLLERVS, in *primis lineis uſus practici diſtinctionum feudalium Cap. XXV. Diſtinct.* 1. *inter controverſias feudales, & non feudales, licet intuitu feudi ortas, pag.* 535. ubi: "*Secundum* „*praxin vero Germanicam* paullo *aliter ſeſe res habet. Ju-* „*dicium enim Parium Curiæ, tam ratione feudorum Imperii,* „*quam provincialium, iis præſertim in locis, ubi vaſalli ſimul* „*ſunt ſubditi,* fere *exolevit.*„ Provocat HIC, ſuosque lectores ablegat ad *illuſtriſſimi* L. B. HENR. CHRISTIANI *de* SENCKENBERG & *illuſtris* IO. GEORGII ESTOR eruditiſſimas limatiſſimasque *de judicio Principum* disquiſitiones, quarum tamen *neutra* quidquam, vel *pro hodierno parium curiæ uſu*, in cauſis præſertim feudorum provincialium adfert, vel *contra eum*, ſtatuit. Conf. ILLA, cujus tamen verus auctor ignoratur, conſiliarius ſine dubio itidem imperialis aulicus, circa annum præſentium comitiorum trigeſimum quintum (*pag.* 54.) hoc eſt ſuperioris ſæculi, ſupra nonageſimum, ſeptimum vel octavum, prouti una cum duabus aliis, *de judicio palatini in Cæſarem,* & *recurſu ad comitia, Francofurti* & *Lipſiæ* edita, ſupplementisque *Senckenbergianis*, in præfatione adductis, ditata

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0012-2

ditata fuit, *Cap. III.* §. 1. *pag.* 10. & *Cap. V.* §. 1. *pag.* 33. (verbis, infra demum & pro firmanda ea, quam in præſenti hoc ſchediasmate ſtabilire mecum conſtitui, ſententia, adducendis) & HAEC, *de judicio Principum, fundamento & radice provocationis, vulgo recurſus ad comitia, Jenæ,* 4. anno 1741. edita, §. 26. 27. 134. - 151. 159. 250. & 270. *ſqq.* Quid vero B. IVST. HENNING. BOEHMERVS, ad quem MÖLLERVS *all. loco* pariter provocat, hac in re ſenſerit, ex propriis ejus verbis, in *Vol. I. Conſultat. & Deciſionum, Tomo I. Cons.* 146. *num.* 5. *ſqq.* optime cognoſces. Sed addas velim *Tomo I. P. II. Reſp.* 98. Parum ab illis omnibus abſunt, qui cum LÜDERO MENCKENIO, in *Diſp. de foro competente vaſallorum, ſimultaneeque inveſtitorum, Sect. I.* §. 8. *pag.* 12. non quidem *aſſeverare* audent, *parium judicium abrogatum, ſublatumque eſſe, rarius tamen hodie in multis noſtri Imperii provinciis* illud *obtinere* tradunt. Ita namque CASP. HENRICVS HORNIVS in *Jurisprud. feud. Cap. XXV.* §. 14. *pag.* edit. *Hanaccianæ* 455. & in *novis acceſſionibus, pag.* 103. in genere dicendum non eſſe decernit, judicium parium plane eſſe ſublatum, nec adfirmare audet, omnia, quæ de paribus curiæ in jure feudali habentur, non eſſe in uſu. NIC. CHRISTOPHORVS *de* LYNCKER in *Decis. MCCCXCIII. pag.* 401. & GEORGIVS BEYERVS in *Delineatione juris feudalis, Cap. X. poſit.* 23. *pag.* 108. itidem nimis confidenter adfirmant, judicia parium curiæ jam dudum in univerſa Germania deſiiſſe, & ea, quæ de his in jure feudali conſtituta leguntur, nullius hodie eſſe momenti. Longius adhuc proceſſit RVD. FRIDERICVS TELGMANNVS, **von der Ahnen-Zahl,** *Cap. II.* §. 26. *pag.* 104. adſerens, priſcas Germaniæ leges & conſuetudines, non alios, quam

quam nobiles vaſallos ad judicium parium curiæ & cauſſas atque controverſias feudales cognoſcendas, decidendasque admittentes, dudum oblitteratas eſſe, ſicque abolitas, ut hodie ne veſtigium quidem juris antiqui ſuperſit. Quibus verbis illorum ſententiam retulit IO. GEORGIVS CRAMERVS, *de juribus & prærogativis nobilitatis avitæ*, *Cap. V.* §. 6. *nota l)* & *n) pag.* 444. & 446. Qui enim paullo mitius cum paribus curiæ agunt, paulloque lenius de *hodierno* eorundem *non uſu* ſentiunt, reg. tamen illorum judicium non agnoſcunt, iſtud potius, ad particulares nonnullorum paucorumque Germaniæ locorum & territoriorum mores atque conſuetudines, velut ad ultimos Indos & Garamantas, relegantes. Sic B. IO. FRIDERICVS KAYSERVS, qui ſingulari *Diſp. de cauſis feudalibus in judicio diſceptandis, Gieſſæ*, 1751. egit, §. *XXII. pag.* 32. " *in nonnullis* modo *Abbatiis Weſtphaliæ, v. gr. Verdenſi etiam num hodie cauſſas feudales coram judicio domini & parium ventilari*," tradit, & B. IAC. GABRIEL WOLFFIVS in *Elem. juris feud. Cap. XX.* §. 10. *pag.* 413. recte monet hic inprimis cavendum eſſe, ne ab uſu nonnullarum provinciarum particulari, concludamus ad univerſale.

## III.

Cum vero ne illorum quidem, qui huc usque pro hodierno parium curiæ, eorumque judicii feudalis, uſu, eoque generatim adſtruendo, vindicandoque, omnibus viribus laborarunt, ullus, eum univerſalem, ordinarium, ſicque regularem, hoc eſt, ſic utriusque juris feudalis communis, tam *Longobardici*, quam *Germanici* eſſe, edocuerit, eviceritque, ut niſi ſpeciatim & ſingulatim abrogatus

gatus ſublatusque probari queat, in hunc usque diem firmiter ſtetiſſe atque etiamnum firmo talo ſtare dicendus & exiſtimandus ſit; ſed omnes potius, quotquot in eorum cenſum & numerum referri merentur, ipſimet plane LVDEWIGII, LVDOVICI & IENICHENII, in vindiciis ejus particularibus ſubſtiterint, contentique fuerint, ex variis iſtis, quæ tanto hodie numero proſtant, actis & documentis clientelaribus, & vel minimis ſubinde indiciis, obſervaſſe, pares curiæ, eorumdemque judicia beneficiaria hodienum paſſim in Germania, curiisque diverſarum illius provinciarum clientelaribus, adhuc obtinere: quid mirum, quod difformibus adeo, circa exercitium jurisdictionis feudalis, hodiernis ſingularum Germaniæ provinciarum legibus atque moribus, in quibus tamen colligendis illuſtrandisque eximiam prorſus omnique laude digniſſimam operam navarunt ſummorum atque eruditiſſimorum virorum haud pauci; univerſim atque generatim nihil certi conſtantisque definiri queat, ſed potius media, hic quoque tutiſſima, immo regia plane, via incedendum, fatendum atque citra ullius *ſectæ* ſtudium, ulliusque præconceptæ forſan opinionis & auctoritatis, quod vocant, præjudicium, perhibendum nobis ſit, *dari* provincias & territoria Germaniæ, in quibus expreſſis ſanctionibus, legibus atque conventionibus, variis ex cauſis, abrogata & ſublata fuerunt parium curiæ judicia, *dari* vero etiam talia, in quibus ſaltem in deſuetudinem abierunt, dudumque ab uſu receſſerunt, adeo ut nulla prorſus eorumdem ſuperſtes ſit memoria, *dari* porro & e contrario, in quibus ſpecies & umbra illorum ſupereſt, corpus vero & id quod primarium eſt, dudum evanuit, *dari* in quibus reapſe quidem conſervata, at

variis tamen modis limitata atque reſtricta fuerunt parium judicia, & *dari* denique in quorum *feudis*, præſertim *equeſtribus*, " *magna atque inſigni auctoritate & noſtra ætate* „*pares curiæ eminent* „ id quod nimis liberaliter de plerisque feudis Germaniæ provincialibus pronunciavit, qui quidem omnium, qui in eodem argumento ante ipſum, diligenter licet & ſtudioſe, verſati ſunt, induſtriam in conquirendis hodiernis convaſallorum judiciis ſuperavit, pariter tamen nihil, quam ſcopas diſſolutas, nec cohærentia inter ſe invicem, vel quidquam conficientia adtulit, totidemque alia, ab aliis paſſim adnotata, exempla contraria, non ſine ſubreptionis vitio, reticuit *illuſtris*, mihique amiciſſimus GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN, Gieſſenſis Academiæ decus & ornamentum, in *Diſſertatione, de uſu hodierno parium curiæ in feudis Germaniæ provincialibus*, 1751. edita, §. *IX. pag.* 45. ubi ſeſe ſingularem ſuam erga pares curiæ adfectionem, eo usque abripere paſſus eſt, ut ſcripſerit: " *Nec in illis terris, in quibus in deſuetudinem abiit priſcum illud feudale judicium, facile nec ſine ſumma injuria denegare hoc beneficium poteſt dominus vaſallo, qui ad ſpecialem curiam, ſeu judicium parium provocat*, „ cum tamen vera ejusmodi parium curiæ deſuetudo provincialis, neceſſario aliud longe, dudumque aliter formatum, jurisdictionis clientelaris exercitium ſupponat, ſi non legibus ſcriptis, certe tamen conſuetudine & obſervantia firmatum, cujus terminos, vaſallus, ſola & nuda ad priſcum & deſuetudine abrogatum deletumque judicium parium, provocatione, invito domino, migrare haud poterit. Si enim ad priſca quævis, deſuetudine dudum oblitterata Germaniæ judicia, veluti PRINCIPVM illud, provocare cuique liceret, maxima ſane anti-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0016-4

antiquorum & hodiernorum judiciorum metuenda foret confuſio. Quodſi etiam theſis illa aliquid ex vero haberet, arte, neque in illis Germaniæ territoriis, in quibus landſaſſiatus viget, & in quibus vaſalli ſimul etiam ſunt ſubditi, neque in illis cauſis, in quibus duo inter ſeſe tantum, nec vero cum domino ſuo directo, litigant vaſalli, obtinebit. Neque de eo reg. ſermo eſt, quid *æquum* ſit, quid dominus facere poſſit, & forſan etiam, ſi æqui & prudentis judicis laudem ſervare velit, facere debeat, quidque in ejusmodi caſibus domino ſuadendum conſulendumque ſit, ſed de eo quod *juſtum* eſt, quod pleno & perfecto jure, a domino ſuo, vaſallus exigere poteſt, quod ſine veri nominis injuria ei denegari haud poteſt. Quem ad modum ipſemet IO. SCHILTERVS, quem tamen in eadem ſecum ſententia eſſe putavit IENICHEN, *all. loco, nota q*) non ſolum de eo tantum, quid *æquum* hodie ſit, quidque in bene conſtitutis curiis obſervetur, verum etiam non niſi de eo caſu loquitur, in quo dominus ipſe, tanquam in propria cauſa, judicare nequeat, & quod caput rei eſt, conſuetudinem contrariam, vel deſuetudinem, quam tamen allegans probare teneatur, diſerte excipit. Scribit enim: " *Neque contraria conſtitutio* „*extat: proin ſi quis conſuetudinem contrariam vel deſuetudi-* „*nem in foro hodierno allegaverit, ad ejus probationem tenetur.* „*Quantumvis enim nonnullibi domini per regimen ſuum aulicum* „*cognitionem controverſiæ feudalis cum vaſallo expediri faciant;* „*obſervandum tamen eſt, 'quod iidem conſiliarii regulariter* „*præſummantur ex vaſallis, ex parte ſaltem adſciti, quodque* „*adeo revera pares ſint: præterea etſi & cæteri concurrant,* „*in ſola tamen cauſæ cognitione & proceſſu ordinando, ſenten-* „*tiam vero ipſam a JCtorum collegiis petere ſoleant. Denique*

„*ſi vaſallus ſpeciatim curiam ſeu judicium parium poſtulat,*
„*æquum hodieque eſt, ut dominus illud haud deneget, ſecun-*
„*dum textum noſtrum & allegatas conſtitutiones, prout etiam*
„*in bene conſtitutis curiis obſervatum memini.*„ In *Commentario ad juris feudalis Alemannici Cap. X.* §. 2. *pag.* 167. Adde principium §. 4. *pag.* 167. in quo Is demum a caſu, qualis eſt *inter dominum & vaſallum*, ad caſum tranſit, quo *inter duos vaſallos* coram domino agitur. Quæ, quum ita ſeſe habeant, mihi ſemper perplacuit modeſta ſententia & gravis moderatio VIRI, quem univerſa jure meritoque ſuo mecum veneratur Germania, quique magnum ſibi in feudali quoque jure nomen adquiſivit, IO. IACOBI MASCOVII, in præclara *Diſſ. de Paribus Curiæ, Lipſiæ*, anno 1740. edita, *Pares Curiæ in feudis equeſtribus provinciarum conſervatos fuiſſe*, §. *XXVIII. pag.* 46. 47. æque obſervat, ac quidem in ſequenti ſtatim §. *XXIX. pag.* 48. 49. *in nonnullis territoriis Curiam Parium hodie ceſſare* docet, ultimo atque *XXX.* §. *pag.* 30. 31. delineationem ſtatus jurisdictionis feudalis hodiernæ in *Saxonia* ſubjungens, nec minus in fine totius opuſculi illius academici *pag.* 52. obſervans, *Parium curiam in aliis regionibus retentam, in aliis ſublatam, in aliis denique ad alium plane modum adtemperatam fuiſſe, idoneasque hujus conſilii rationes, in ipſa territoriorum, feudorumque indole reperiri.* Sed addas velim *librum* EIVS *de jure feudorum in Imperio Romano Germanico, Lipſiæ*, 1753. & 1754. 8. editum, *Cap. XV.* §. 17. 18. 23. *pag.* 253. 255. 256. & qui reapſe neutiquam diſſentiunt, HENR. CHRISTIANVM L. B. *de* SENCKENBERG in *primis lineis juris feudalis, P. II. Cap.* 17. §. 434. *pag.* 529. 530. atque IO. LAVRENT. FLEISCHERVM, in *Inſtitut. juris feudalis, Cap. XXII.* §. 7. *pag.* 830. 831. Tantum

enim abeſt, ut eos, qui de hodierno parium curiæ, tanquam ordinariorum judicum feudalium, uſu & auctoritate, non adeo magnifice ſentiunt, nimio juris feudalis Longobardici amore in popularem huncce errorem abreptos, improbaque hac opinione, quavis opera ex Themidos Germaniæ ſacrario exturbanda, veluti peſtilenti aliquo adflatu infectos, cum eodem V. C. IENICHENIO (*pag.* 2. & 3.) credam, mihique perſuadeam; cum ſcilicet textus juris feudalis Longobardici, judicii parium curiæ feudalis mentionem facientes, illis multo clariores expreſſioresque ſint, quos ex communi jure feudali medii ævi, proferre poſſumus: quin potius non ſine cauſa exiſtimare mihi videar, nimium potius juris feudalis patrii, omni quidem veneratione & auctoritate digniſſimi, amorem atque adfectum, unicam fere cauſam eorum ſententiæ eſſe, qui non adeo formidabilem vitaturi charybdin Longobardicam, in ſcyllam inciderunt Germanicam, e qua liberatio eo difficilior, quo majori jure id hodienum in uſu dici credunt, quod olim in Germania obtinuit, quod, judicari ſcilicet non a ſolis dominis, ſed ab æqualibus, ſive paribus, vel dominis ſaltem, certo parium numero, ceu ſcabinis & adſeſſoribus, ſtipatis, maximum ſemper libertatis Germanicæ argumentum habitum fuit, quod tot tantaque antiquioris & medii ævi monumenta uno ore loquuntur, quod juribus feudalibus Germanorum medii ævi apprime conſentaneum, quod ne infimæ quidem ſortis homines, ruſticos puto, ſibi penitus eripi paſſi ſunt, quo ipſo nihil tam naturale, ipſis quoque exteris, Germanorum moribus hodienum illuſtribus, videtur.

## IV.

Omnia hæc, & quæ ejuſmodi plura, laudando, commendando, evehendo, mirumque in modum exornando parium curiæ uſui moderno, inſervire poſſunt, latius, quam hic repetere animus eſt, in ea, quæ *meis* pariter *auſpiciis* heic loci, anno 1753. prodiit diſſertatione, ERN. ANT. HENRICI L. B. *de* SECKENDORFF, *Equitis Franci*, Sereniſſimi hodie Ducis Würtembergici Cubicularii & in ſupremo adpellationum tribunali Adſesſoris, Fautoris mei longe colendiſſimi, *de uſu moderno judicii Parium Curiæ Würtembergici*, §. *X-XV. pag.* 13-24. deducta, impedire tamen haud poterant, quo minus in eodem hoc, in quo *uſum modernum*, non ſolum generatim docere, §. *XVII.* & *XVIII. pag.* 27. 28. 29. verum *illuſtri* plane, incluti puta DVCATVS WVRTEMBERGICI, *exemplo* comprobare, §. *XIX.* & *ſqq. pag.* 31-48. conſtitutum fuit, ſchedio, obſervatum conceſſumque fuerit, multis in Germaniæ provinciis avitum huncce morem beneficiarium deſuetudine obumbratum deletumque eſſe, ſive multis in Germaniæ regionibus exoleviſſe, parium Curiæ judicium, §. *XVI. pag.* 25.

## V.

Vbi vero eandem hancce materiam nunc denuo adgredi contigit, inque penetralia ejus pervenire mihi licuit, non hanc modo longe certiſſimam deprehendi veritatem, quod in aliis adhuc vigeat floreatque, qui in aliis dudum evanuit periitque, *parium curiæ uſus*, verum illud quoque didici, confirmatumque accepi, quod in ejusmodi quoque,

quoque, in quibus hodienum ſuperſtes ab omnibus dicitur, provinciis, non uno tamen modo, nec ad amuſſim juris feudalis, vel Longobardici, vel Germanici, *communis*, ſed potius diverſimode, magis, minusve, in uno ſaltim alterutrove cauſſarum feudalium genere, nec mere, ſed mixtim potius, ſicque obtinere, ut purpuræ huic Longobardico-Germanicæ, hodiernus præſertim parium curiæ uſus, pro diverſitate territoriorum, feudorum, ipſiusque adeo, non unius ubique ejusdemque, ſed pariter multiformis, jurisdictionis clientelaris, varias adſuerit lacinias, nec tamen inutiles & ſpernendas, ſed ita potius comparatas, ut non niſi propiore & penitiore illarum conſideratione, verum *uſus* & *non uſus parium curiæ* pretium ſtatui queat, dignas proinde, quæ novo quodam, non minus illuſtri, exemplo, in gratiam hodiernæ juris clientelaris prudentiæ, abs me illuſtrentur.

## VI.

Selegi hunc in finem FEVDA HASSIACA, tum generatim, tum ſingulatim *Cattimelibocenſia*, eisque præſentem huncce laborem totum dicavi, *partim*, quod *de feudis Haſſiacis* multo plura in libris & ſcriptis hiſtoricorum æque ac jureconſultorum, tum Haſſiacorum, tum & aliorum, inveniantur, quam de multarum aliarum provinciarum feudis, *partim*, quod mirus huc usque omnium circa *hodiernum parium curiæ uſum, in feudis Haſſiæ provincialibus*, fuerit conſenſus, eo curatius proinde inveſtigandum, delineandum, atque pro merito reſtringendum.

# VII.

Multa ſcilicet, quæ ad FEVDA & *vaſallos* HASSIAE ſpectant, atque ad colendam ulterius *juris feudalis Haſſiaci* prudentiam faciunt, larga manu nobis ſuppeditant WILH. DILICHIVS, in *Chronica Haſſiaca*, de qua vid. *Analect. Haſſ. Collect. VIII.pag.* 264. & §. 18. *pag.* 58. *ſq.* præfationis *Tomi III. Selectorum Senckenbergianorum, P. I. pag.* 145. *ſq.* IO. IVSTVS WINCKELMANNVS, (de quo *ibid.* §. 19. *pag.* 62.) **in der gründlichen und wahrhaften Beſchreibung der Fürſtenthum Heſſen und Herßfeld,** *P. V. Cap.* 9. *pag.* 579. *ſqq.* ubi *vaſalli Haſſiaci* enumerantur. (Conf. CAR. FRIDERICI SCHOEPFFII, *Commentatio de Feudis gentilitiis*, §. *XXV.* in *Theſauro juris feudalis, Tomo II. pag.* 519. *ſq.*) IO. CHRISTIANVS LVNIGIVS, in *Corpore juris feudalis Germanici*, opere, repetita prælectione, qua facile ultra alterum tantum augeri poſſet, longe digniſſimo, (vid. **Gottlob Aug. Jenichen von dem Werth, Anſehen und Nutzen des Lunigiſchen** *Corporis juris feud. Germ.* **Leipzig, 4. 1749.) erſten Theils II. Abtheilung, von Kayſerlichen Reichs-Lehen-Sachen inſonderheit, und zwar (III.) von weltlichen Fürſten, IX. vom Landgrafthum Heſſen,** *Num.* 25-31. *Tomo I. pag.* 791-815. ubi ea quoque recenſentur, quæ in *Archivo Imperii Lunigiano* proſtant, documenta, ad feuda Haſſiæ imperialia ſpectantia, & **zweyten Theils II. Abtheilung, (X.) von denen Landgräflich-Heſſiſchen Landen,** *Num.* 1. **Nachricht von denen Heſſiſchen Lehn-Sachen, — 53.** *Tomo II. pag.* 1671. - 1778. IO. NIC. HERTIVS, tum in egregio *Libro de feudis oblatis*, tum in præclaris *Opuſculis*, junctim editis, paſſim, **Europäiſcher Herold,** *Tomo I. pag.* 477. IO. PETRVS

*de*

*de* LVDEWIG, in *Diſſ. de primo foro ſubfeudorum imperialium*, in **Reichs-Affter-Lehen**, *parium curiæ in Haſſiæ Comitatu Rittbergenſi, Halæ, anno* 1715. edita, nec non in *Diſſ. de feudorum Germaniæ & Longobardiæ differentiis, Cap. XXX. de feudis Haſſiacis*, quam non ſolum CAR. MATTHIAS DEGENER, in vernacula, *Lipſiæ* 1750. 8. edidit titulo uſus, **Herrn Peter von Ludewig** poſitiones **von dem teutſchen Provincial-Lehnrechte, nebſt einer Anleitung, wie die teutſche Lehnrechts-Gelahrheit mit Nutzen zu erlernen und zu appliciren ſeye**, *pag.* 71. 72. verum etiam, in ſequenti ſtatim anno, *obſervationibus Ludewigianis ad Sam. Strykii examen juris feudalis* (*anno* 1727. prælectis) ex apographo *Senckenbergiano* editis, harum editor IO. LVDOVICVS VHLIVS ſubjunxit, *pag.* 353. IO. GEORGIVS ESTOR, in *jure publico Haſſiaco hodierno*, 4. *Jenæ*, 1740. edito, *Cap. XVI. de feudis & allodiis Landgraviorum Haſſiæ, pag.* 92. - 96. & in *Electis juris publici Haſſiaci, Francof.* 8. 1752. editis, paſſim, in *Analectis Fuldenſibus, Argentorati* 1727. *ed.* præcipue vero, **in denen auserleſenen kleinen Schriften**, e quibus in *prodromo juris feudalis Senckenbergiano, Cap. VII.* §. 20. *pag.* 79. & in *præfatione Tomi I. Theſauri Juris feudalis*, multa recenſentur, jus feudale Haſſiacum egregie illuſtrantia, prætereaque hoc fine commendantur HERTII, HOFFMANNI, (Auguſti) SPRENGERI, MALCOMESII, MOLINAEI, HOEPPINGII, CAESARIS, REYSERI & *Marburgenſia* inprimis Conſilia atque Reſponſa. Quibus omnibus, ſi quis *VI. Tomos Selectorum juris & hiſtoriarum, tum anecdotorum, tum jam editorum, ſed rariorum*, quos inde ab *anno* 1734. usque ad *annum* 1742. in patria ſua, edidit illuſtriſſimus *L. Baro de* SENCKENBERG, *XII. Collectiones*

*Analectorum Haſſiacorum*, nomen IO. PHILIPPI KVCHENBECKERI præ ſe ferentes, 8. *Marb.* 1728.-1742. editas, *IIII. Partes Monimentorum Haſſiacorum*, a FRID. CHRISTOPHORO SCHMINCKIO, *Caſſellis*, 8. 1747. 1748. 1750. 1751. editas, *II. Collectiones* IO. FRID. CONRADI RETTERI **Heſſiſcher Nachrichten zur Hiſtorie und** *Litteratur*, 8. **Franckfurt** 1738. 1739. itemque AYRMANNIANA, nec non DEDVCTIONES Haſſiacas, inprimis noviſſimas, (*Kochianas* & *Falckianas*) ſedulo jungat, is permulta, uſibus & commodis jurisprudentiæ feudalis *Haſſiacæ* inſervientia, deprehendet. Inſcribitur quidem *Theſauri juris feudalis Jenicheniani* & quidem *Cap.* ejus *X. de feudis Germaniæ Statuum Imperii & provincialibus*, *Sectio XI.* de FEVDIS HASSIAE, nihil vero ibi, *Tomo* ſcil. *III. pag.* 938.-945. reperies, quam Edicta quædam Darmſtadina de redintegrandis feudis & formulam litterarum clientelarium, quibus Academia Gieſſenſis colonos ſuos inveſtire ſolet. Scribit vero ibi *Cel.* IENICHEN, quæ mea hic facere liceat, " *Omnium induſtriam ſuperabit* „*Vir illuſtris* IO. IAC. HOMBERGK, *qui opus integrum* „de feudis Haſſiæ *longo abhinc tempore meditatur, cui fauſtam* „*Lucinam mecum precabuntur cuncti, qui cognitum exploratumque habent, nihil deeſſe viro doctiſſimo præſidiorum, quæ* „*ad ejusmodi opus cum laude perficiendum quidquam facere* „*poſſunt*„ En *Bibliothecam* ejus *Haſſiacam* in præfationibus *Tomi III.* & *V. Selectorum Senckenbergianorum*. Ejusdem namque VIRI, in rebus *Haſſiæ* ſuæ longe verſatiſſimi, eſt **zuverläſſige Abhandlung von denen Heſſiſchen Erb-Aemtern, wie ſolche dem Erb-Marſchalck, Erb-Schenck, Erb-Cämmerer und Erb-Kuchenmeiſter Lehensweiſe gereichet werden, mit angefügten Beweißthümern**

thümern und untermengten Anmerckungen, ſo im Heſſiſchen Lehenweſen brauchbar ſind, Franckfurt 4. 1743. Addenda autem IO. PHILIPPI KVCHENBECKERI gegründete Abhandlung von denen Erb⸗Hof⸗Aemtern der Landgrafſchaft Heſſen, aus bewährten Geſchichtſchreibern, vielen noch nie gedruckten Urkunden und zuverläſſigen Nachrichten entworffen, und mit nöthigen Beweißthümern und Beylagen von Lit. A. biß TTT. wie auch verſchiedene in das Staats⸗und Lehen⸗Recht einſchlagenden Anmerkungen verſehen, 4. Marburg 1744. Vltimo denique loco commemoranda eſt noviſſima omnium juris feudalis Haſſiaci commentationum, *exercitatio academica*, quam *de ſimultanea inveſtitura Haſſiaca, inprimis in feudis Cattimelibocenſibus, tam in curte, quam extra curtem,* (mit 24. Beylagen) præſide *Cel.* FRANC. IVSTO KORTHOLTO, *Giſſæ, anno* 1755. defendit IO. FRIDERICVS ARNOLDI, digna prorſus, quæ ab eodem illo VIRO, a variis ſecus ſentientium dubiis, ſtrenue vindicetur. Conf. *perilluſtris* IO. VLR. L. B. *de* CRAMER Wetzlariſcher Nebenſtunden, IV. Theil, 8. 1756. *Num. I. pag.* 1.-26.

## VIII.

Iam igitur concors omnium & unanimis de hodierno *uſu* atque auctoritate judicii feudalis *parium curiæ Haſſiacorum* opinio, ante omnia proponenda inque medium abs me producenda erit. Primus omnium ſententiam ſuam dicat HENRICVS *a* ROSENTHAL, in *tractatu & ſynopſi totius juris feudalis, Cap. XII. conclus. VIII. num.* 52. *pag.* edit. *Francofordienſis anni* 1624. *Tomi II.* 354. " *Oritur quæſtio, an dux aliquis Germanus, puta Landgravius*

„HASSIAE, *aut Burggravius Norinbergenſis, (in quibus locis „jus commune feudale fere ſervatur) rem aliquam habeat in „Saxonia ſitam, eamque in feudum dedit, an in electione parium „curiæ, conſuetudo loci rei ſitæ, an vero curiæ domini, puta „principatus* HASSIAE, *&c. ſervanda ſit? Et Saxonicam „præponderare videri poterat per tradita* d. q. 14. num. 223. „& ſeq. *Sed dic, rurſus ſubdiſtinguendum eſſe, quod in iis, „quæ præparatoria judicii, & ordinem judiciarium, reſpiciunt, „conſuetudo & ſtylus loci, ubi judicium agitur, argumento* „l. teſtium fides. 3. §. fin. ff. de teſtib. *in iis autem, quæ „ad deciſionem cauſarum pertinent, loci rei ſitæ obſervanda ſit. „Et ſic poſt allegatos dict.* cap. I. quæſt. 14. in gloſſ. c. etiam „Ludolph. Schraderus in tract. feud. part. 10. ſect. 7. „num. 19. *tradit, quod in decidendis controverſiis feudalibus „tantum debeat obſervari locus, & jus loci illius, in quo feu„dum ſitum eſt. Et hoc tenere quoque* Rochum Curt. de „conſuetud. num. 777. *tu adde* & Lud. de Molin. Hiſp. „de jure primog. Hiſp. cap. 13. num. 50. & cap. 3. num. 4. „lib. 4. *Alterum hujus ſubdiſtinctionis membrum probatur de „jure communi, & in terminis noſtris confirmatur per ea, quæ* „dict. c. 1. q. 14. num. 18. habentur. *Ad hæc electio, ejus„que modus eſt quidam actus proceſſum judiciarium, vel potius „judicii præparationem reſpiciens: ergo electio ſecundum conſue„tudinem curiæ* HASSIAE, *aut Norinbergenſis facienda eſt, „ut dominus prius, quos & quot voluerit, ac totidem vaſallus „eligat,* dict. cap. 1. de controvers. feud. apud par. *non „vero dominus ſolus, ut in Saxonia fieri ſolet.„* Hunc ſtatim excipiat B. IO. PETRVS *de* LVDEWIG, qui in *Diſſ. de primo foro ſubfeudorum imperialium, in* Reichs-Affter-Lehen, *parium curiæ in Haſſiæ comitatu Rittbergenſi, Halæ,* anno 1715. edita, & *Opuſculorum* ejus *miſcellorum, Halæ,*

anno 1720. junctim editorum, *Tomo I. L. II. Cap. I. col.* 645. & 646. inſerta, inter alia plura, *Cap. VII.* §. 4. ſic ſcribit: "*Præterea Parium judicii auctoritatem in Haſſia* „*etiam tuetur forenſis uſus. Quoties enim lites fuerunt clien-* „*telares, fuerunt autem plurimæ, toties parium quoque inſti-* „*tuti ſunt conſeſſus.*„ Probationem in *nota n*) (*col.* 707.) contentam infra demum producam, inſigni mihi argumento ibi futuram. Quæ vero ad comitatum *Rittbergenſem* ſpeciatim attinent, ea ex *nota o*) *col.* 708. & *adpendice monumentorum, Litt. O.* & *P.* cognoſces uberius. Eadem prorſus repetiit, ſolique LVDEWIGIO teſtimonium hac in re denunciavit IAC. FRIDERICVS LVDOVICI in der Einleitung zum Lehens-Proceß, VI. Auflage, Halle 1733. *Cap. I.* §. 76. *pag.* 68. 69. Utrumque, & LVDEWIGIVM & LVDOVICVM, laudavit & nonnullas probationes addidit, at tamen itidem non niſi *Rittbergicas*, inſigne Haſſiæ ſuæ decus & ornamentum, *illuſtris* IO. GEORGIVS ESTOR in *Jure publico Haſſiaco hodierno, variis obſervationibus hiſtoricis & practicis illuſtrato, Jenæ*, anno 1740. edito, *Cap. VIII.* §. *LXV. pag.* 58. En verba, quibus ipſemet hic VIR dexterrimus uſus eſt: "*In* „*cauſſis feudalibus cognoſcere pares Curiæ, præter alia, do-* „*cent duo judicia feudalia,* Manngerichte *in cauſſa* CATHA- „RINAE SOPHIAE, *comitis Rittbergenſis, ob conjugium* „*cum patruo comite orientalis Friſiæ inito, & in controverſia* „AGNESAE *Rittbergicæ, de formula litterarum clientela-* „*rium, ventilata. Acta hæc ſunt anno* 1603. *teſte* IO. „CHRIST. LÜNIG *in corpore juris feudalis Tomo II. col.* 1751. „*ab utraque parte VIII. pares curiæ delecti, qui in curia Caſ-* „*ſellana convenerunt & cauſſam hanc pertractarunt. Anno* „1546. *coram judicio parium Haſſiaco de feudo Rittbergenſi*

„*jam fuit diſputatum, teſte ſententia tunc temporis lata, apud* „*Dn.* IO. PETR. LVDEWIG *Tomo I. opuſculorum miſcello-* „*rum col.* 735. *Anno* 1703. *conſeſſus parium curiæ cauſſam in-* „*ter Landgravium Caſſellanum & vaſallum de Cornberg ven-* „*tilatam, judicavit. Uſum forenſem hujus judicii & formam* „*proceſſus referunt* IDEM *l. c. col.* 707. *&* IAC. FRID. „LVDOVICI *in der Einleitung zum Lehens-Proceſs capite I.* „§. 76. *pag.* 68. *Non omnes convocantur hanc ob rem vaſalli,* „*ſed quidam ab utraque parte litigante ſeliguntur. Directoris* „*electio eſt parium. Ab horum ſententia locus fit remediis de-* „*volutivis, & ſuſpenſivis. Principis conſiliarii parium locum* „*non occupant, ſed vaſalli, qui tali nexu principi non ſunt ad-* „*dicti. Abeſt princeps a conſeſſu parium. Quæ cuncta eo* „*faciunt, ut intelligatur, non eſſe, quod aliquis parium judi-* „*cium in Haſſiæ curia, reformidet.*„ Adde *Electa juris publici Haſſiaci*, quæ *Francofurti*, anno 1752. 8. prodierunt, ſive potius illis inſertam tertiam editionem *juris publici Haſſiaci hodierni, pag.* 234. 235. ubi tamen non niſi eadem repetuntur, & *Origines juris publici, L. III. Cap. LII.* §. 194. *pag.* 393. & 395. ubi: “ *Jurisdictio Land-* „*graviorum clientelaris latiſſime patuit, nec quidquam illi de-* „*trahi, aut imminui patiebantur. Si qui eo audaciæ proceſſiſ-* „*ſent, ut Landgravium præterire aut alia moliri non dubita-* „*rent, in ordinem redactis ſimul legem dixerunt, ut in poſte-* „*rum nullibi niſi in Principis curia ſtarent*„ nec non in *Diſſ. de jurisdictione curiarum clientelarium Germanicarum & de cauſis feudalibus ibi tractandis*, ſecundum capitulationem noviſſimam, *Artic.* 21. §. 1. *Marb.* 1746. ed. in qua cum paſſim, tum ſingulatim *Cap. VII.* §. 45. *ſchol.* 4. *pag.* 88. 89. tam jurisdictionis clientelaris Haſſiacæ, quam judicii parium curiæ Haſſiaci meminit famigeratiſſimus ille Univer-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0028-1

ſitatis Marburgenſis Procancellarius. Huic jungere liceat *Cel.* GOTTL. AVGVSTVM IENICHEN, qui in laud. tr. *de uſu hodierno parium curiæ in feudis Germaniæ provincialibus*, & quidem in *Sect.* ejus *VII.* cujus *pag.* 24. hoc eſt rubrum: "*In Ducatibus, Principatibus, Comitatibus atque* „*Dynaſtiis Germanicis noſtro quoque tempore floret parium* „*curiæ judicium* „ poſtquam verba *Ludewigiana* adduxerat, *pag.* 30. ſic pergit: "*Tale judicium habitum fuit anno* „*MDXLVI. die quinto menſis Martii, in qua* **die verord-** „**nete und niedergeſetzte Mann-Richter und Mannen** „*Ottonem Comitem de Rittberg feloniæ in Dominum commiſſæ* „*reum judicarunt, omnibusque feudis, quæ a domo Haſſiaca* „*tenebat, juſtiſſime privarunt. Tale judicium Anno MDCIII.* „*vidit Caſella in contentione Sereniſſimi Landgravii Haſſiæ* „*Mauritii tum cum Catharina Sabina, Comitiſſa de Rietberg,* „*quæ inceſtis nuptiis ſeſe polluerat cum patris ſui fratre germa-* „*no, Johanne, Oſtfriſiæ Comite, tum cum ejus ſorore, Agnete* „*ſuper formula literarum inveſtituræ Haſſiacarum de Comitatu* „*Rietbergenſi. Talis parium conſeſſus Anno MDCIII. litem* „*diremit inter Sereniſſimum Haſſiæ Landgravium, & vaſal-* „*lum de Corenberg agitatam. Ad hoc parium judicium in cau-* „*ſa Rittbergenſi multoties provocavit Haſſiæ Landgravius.* „*Hujus parium judicii cauſam egregie atque præclare egerunt* „*Status Imperii in Comitiali Decreto Anno MDCCV. die VII.* „*Aprilis concepto, in quo illi Cæſarem rogant,* **ſolche Verfü-** „**gung zu treffen, daß die Stände in ihrem** *jure prima-* „*rum inſtantiarum* **nicht verkürtzet, mithin dieſe Fürſtl.** „**Heſſen-Caſſeliſche Lehn-Sache vor deſſen ordentliches** „**Mann- oder Lehn-Gericht, als ſeine erſte** *Inſtantz,* „**verwieſen ꝛc.** „ Hæc ILLE, ſed itidem non niſi *Rittbergenſia.* Quam vero hic vellem, ut cum publico jam-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0029-0

jam communicaſſet *Cel.* IENICHEN, *annotationes*, quas ſe in B. *Cancellarii* IACOBI FRIDERICI LVDOVICI *Proceſſum feudalem* parare, & in quibus ſe de judicio feudali prolixius atque uberius acturum fore palam profitetur in nota, quam Orationi de *judicio feudali*, *Giſſæ*, *Kalendis Julii* 1751. habitæ, atque *Theſauri juris feudalis Tomo III. pag.* 1046. ſubjunctæ adſperſit. Sine dubio IS meliora, tum ſuis, tum & hiſce meis, protuliſſet. Eodem plane modo *Haſſiacas* illis accenſet terris, Trevirenſibus nempe, Colonienſibus, Bambergenſibus, Herbipolitanis, Paderbornenſibus, Monaſterienſibus & Oſnabrugenſibus, Palatinis, Würtenbergicis, Megapolitanis, Pomeranicis, Juliacenſibus, Bergenſibus, Badenſibus, Baruthinis, Onoldinis, Hohenzolleranis, Oelsnicenſibus, Saganenſibus, Eberſteinenſibus, Caſtellenſibus, Hohenloenſibus, in quibus judicia parium curiæ hodienum conſtituantur, IO. GEORGIVS CRAMERVS, in *Commentarii* (qui, ſi ullus alius liber, continuatione longe digniſſimus) *de juribus & prærogativis nobilitatis avitæ ejusque probatione, ex inſtitutis Germanorum & priſcis & hodiernis, Tomo I. Cap. V.* §. 6. *pag.* 444. LVNIGIO, LVDEWIGIO & LVDOVICI teſtibus, in *nota m*) adcitatis. Multa quoque, de uſu moderno judicii Parium Curiæ in *Haſſia*, ſed non alia, quam modo laudatorum VIRORVM, verba fecit die neue Europäiſche Staats- und Reiſe-Geographie, (IV. Band des Ober-Rheiniſchen Kreiſes, nebſt einer Vorrede Herrn Joh. Georg Eſtors) *Cap. III.* §. 5. *num. VIII. pag.* 234. & §. 13. *pag.* 303. 304.

## IX.

Quamvis autem præſenti huic qualicunque ſcriptioni titulum dederim; *de non uſu judicii parium curiæ in feudis Haſſiæ provincialibus*: tantum tamen abeſt, ut id ſpiritu atque pruritu contradicendi factum, mihique adeo, qui & ipſe huc usque docui, HASSIAM, non ſecus ac multas alias Germaniæ provincias, judicii parium curiæ uſum hodiernum tueri: vid. *Diſſ. de uſu moderno judicii parium curiæ Würtembergici*, §. *XVIII. pag.* 30. volupe fuerit, tantos VIROS, uno idem ore perhibentes, refutare, eorumque tradita penitus refellere, abſit hoc a me quam longiſſime! ut potius, eumdem hunc, quem omnes illi tradiderunt, uſum parium curiæ Haſſiacorum, pluribus aliis, novis, huc usque ineditis & incognitis exemplis atque præjudiciis, firmare mecum conſtituerim. Nec inutilem, ſed operæ potius pretio dignam reputo ulteriorem hancce judicii parium curiæ Haſſiaci inveſtigationem, quippe quæ traditis magnorum illorum, quos ſupra honoris cauſa nominavi, virorum, magnam, ut prorſus confido, lucem accendet, & quæ generatim modo atque in ſolle tradita fuerunt, adcurate & præciſe determinabit.

## X.

Hoc ſcilicet tam certum puto, quam quod certiſſimum, ipſomet præſenti opuſculo quam pleniſſime probandum, quod nempe in HASSIA, eamque conſtituentibus provinciis atque terris, in nullis aliis cauſis feudalibus, ullum umquam judicium parium curiæ habitum celebratumque fuerit, quam in cauſſis FELONIAE, vel certe in

cauſis feudalibus, inter ipſum dominum, unumque, vel plures, e numero vaſallorum, litigioſis; cum e contrario, in quibuscunque aliis cauſis feudalibus, inter ipſos vaſallos curiæ *Haſſiacæ*, & ſingulatim *Cattimelibocenſis*, nec olim pares judicare potuerint, nec proinde multo minus hodie judicare, vel in uſu eſſe, dici queant. Tanta enim omni ævo HASSIAE LANDGRAVIORVM *jurisdictionis feudalis* auctoritas atque dignatio fuit, ut in vaſallorum ſuorum cauſis ſoli ſemper cognoverint, easque ſolis officialibus & conſiliariis ſuis, pro diverſo horum, in diverſis *periodis* & *collegiis*, habitu, nec vero etiam partium litigantium convaſallis, cognoſcendas dederint, ullumque alium paribus curiæ, eorumque judicio, locum fecerint, quam ſi ipſemet dominus alterutra litigantium pars fuerit, vel ſevere in vaſallos ſuos, feloniæ reos & privatione feudi dignos, animadvertere conſtituerit. Inter omnia namque, quotquot deprehendes, EXEMPLA *judicii parium curiæ Haſſiaci*, nullum aliud, quam in cauſa *feloniæ*, vel tali certe alia, in qua dominus directus ipſe pars fuit, & proinde, vel plane non, vel non ſolus judicare potuit, celebratum obſervabis, manifeſto, & omni, quod puto, exceptione majore, argumento, quod nec olim, nec umquam ullus parium curiæ *Haſſiacorum*, in cauſis, inter ipſos *Landgraviatus Haſſiaci*, & ſingulatim quoque *Comitatus Cattimelibocenſis*, convaſallos, feudorum equeſtrium provincialium poſſeſſores, controverſis, uſus fuerit, conſequenter de eorumdem in ejusmodi cauſis, dominum proprie & proxime haud adtinentibus, hodierno uſu fruſtra diſputetur, eo, ad caſus & cauſas, ſi non ipſius feloniæ & privationis feudorum, hincque oriundæ conſolidationis, certe tamen ad cauſas *dominum*

ipſum

ipſum adtinentes, reſtringendo atque limitando, vel potius in reliquis omnibus *non uſu* dicendo. Eamus nunc in rem præſentem & per *ſingula*, quotquot corradere poterimus, judiciorum parium curiæ Haſſiacorum *exempla*, ſicque primum atque præcipuum iſtud argumentum *doctrinæ* hujus ante omnia probemus.

## XI.

Vltimum, cujus memoria certitudine quadam erui poteſt, *judicium parium curiæ Haſſiacorum*, anno 1546. celebratum fuit, propter FELONIAM, quam vaſalli Haſſiaci, *nobiles de Uſslar*, nominatim, ERNESTVS & LVDOLFVS, & *nobiles de Aſchen*, IOANNES & CONRADVS, contra dominum ſuum, directum atque territorialem, PHILIPPVM, ſuo jure MAGNANIMVM dictum, in bello *Brunsvicenſi*, in quo iſti HENRICI Ducis Brunsvicenſis, hoſtis PHILIPPI declarati, (**abgeſagten Feindes**) caſtra ſequebantur, commiſerant, cujus etiam a PARIBVS CVRIAE HASSIACAE, coram quibus eos FELONIAE accuſaverat Landgravius, rei declarati, omnibusque feudis ſuis *Haſſiacis*, PHILIPPO ſolemniter adjudicatis, privati atque exuti fuerunt. Ipſius & totius quidem illius belli Brunsvicenſis, **des Braunſchweigiſchen Feldzuges**, a PHILIPPO, contra HENRICVM, ejusque filium CAROLVM VICTOREM, utriusque hujus victore, geſti latius tradunt IO. SLEIDANVS, in *commentariorum de ſtatu religionis & reipublicæ* CAROLO *V. Cæſare*, *L. XIIII. XV.* & *XVI. pag.* editionis, quam in manibus habeo, ne a IO. quidem VOGTIO in *Catalogo librorum rariorum pag.* 632. adnotatæ, *Argentoratenſis Theodoſii Ribelii*, de anno 1566. 8. *fol.* 242. b. 261. 262. 279. b.

 280.

280. 281. 282. FRID. HORTLEDERVS, von den Urſachen des Teutſchen Kriegs ꝛc. (gedruckt zu Franckfurt am Meyn im Jahr 1617. *Typis Hartm. Paltenii proſtat apud Rulandios*, de qua editione omnium prima vidd. *Electa juris publici, Tomo V.* B. G. STRVVII *Bibl. Saxonica, pag.* 981. IO. IAC. MOSERI *Bibl. juris publ. Tomo I. pag.* 314. IO. DAV. KOEHLERI deutſche Reichs-Hiſtorie, *pag.* 10. §. 26. & IO. VOGTII *Catalogus librorum rariorum pag.* 353.) *L. IV.* von der vierdten Urſach des Teutſchen Kriegs: nemblich von Einnemmung des Herzogthumbs Braunſchweig, Wolffenbüttelischen Theils, auch Vertreibung und Fahung Hertzog Heinrichs des Jüngern zu Braunſchweig und Lüneburg, *Tomo II. pag.* 1. - 1060. *Cap. I.* — *LV.* præſertim vero *Cap. LI.* — *LV. pag.* 1039. — 1060. *Commemoratio ſuccincta cauſarum belli a Smalcaldicis contra Henricum Brunsvicenſem, anno* 1542. *ſuſcepti, cum hiſtoria, quomodo a Ducatu exutus & tandem a Smalcaldici fœderis ſociis captus ſit, edita ab iisdem*, apud IO. SCHARDIVM in *Tomo II.* Der Churfürſten, Fürſten, Graffen, Städte und Stände der chriſtlichen Einung, wahrhaffter und beſtändiger Bericht, von wegen der rechtmäſſigen Defenſion, welche Sie wider Heinrichen von Braunſchweig fürzunemmen gedrungen, desgleichen anderer des von Braunſchweigs Unthaten halb auf dem Verhörstag zu Speier fürbracht auf Sambſtag den V. Aprilis M. D. XLIV. 4. Hans Kochs Verantwortung Landgraf Philipps von Heſſen gegen Herzog Heinrich von Braunſchweig, 4. 1545. PHILIPPI *Landgravii Haſſ. Apologia, Marp.* 1545. 4. II. III. Verantwortung, ibidem. WILH. DILICHIVS in *Chronica Haſſ. P. II.* ad annum 1545. *pag.* 314. editionis meæ *Veſalienſis* de anno 1617.

GE.

GE. ARNOLDVS in dem Leben *Mauritii*, *pag.* 1173. VIT. LVDOVICVS a SECKENDORF in *Comment. de Lutheraniſmo*, *L. III. Sect. XXXI. §. CXXIV. pag.* 567. IO. STRAVCHIVS in *Diſp. juris publici exoterica XII. de controverſiis quibusdam inter Landgravium Haſſiæ & alios Principes exercitis*, §. *XXVIII. ſq. pag.* 355. *ſqq.* & IO. ADOLPHVS HARTMANNVS in *Hiſtoria Haſſiaca*, *Cap. XIII.* §. 92. 94. 95. 99. 101. *pag.* 308.-317. Præſentis vero judicii parium Curiæ Haſſiaci, enormem iſtam, dictorum *Haſſiacorum* quondam *vaſallorum* FELONIAM, quam acerbiſſime vindicantis, veritatem melius comprobare non potero, quam ipſis, quæ proxime ſequuntur, regeſtorum archivalium (Lehens-Regiſtraturen) verbis.

" 1546. Als Ernſt und Ludolf von Ußlar, Hannß und Conrad von Aſchen in dem Braunſchweigiſchen Feldzug des Jahrs 1545. Herzog Henrich von Braunſchweig des Lehenherrn abgeſagten Feinden gedienet, und dadurch gegen ihre Lehenpflichten gehandelt, ſo hat Phil. : : : : von S. F. G. verordneten und niedergeſezten Mann-Richtern und Mannen uf den Lehens-Bruch geclagt und darauf zu recht erkannt worden: Daß vorberührte Beclagte den beſchuldigten Lehensbruch würcklich begangen, und geübt, volgends aller ihrer Lehen-Güter, ſo ſie und ihre Vorfahren von dem Hrn. Landgrafen auch S. F. G. Vor-Eltern lobſeel. Gedächtnus zu Lehen empfangen gehabt, und herbracht, verwürckt, und ſich derſelbigen entſezt, verluſtigt, unwürdig, und fürter unvehig gemacht haben, daß auch demnach alle ihr der Beclagten Lehengüter hochgedachten Hrn. Landgrafen, als dem Lehenherrn eröfnet, heimgefallen, und devolvirt ſeyn und bleiben ſollen. ibi jud. & execut. eod. ao. „

# XII.

Similem in eodem iſto bello *Brunsvicenſi*, contra PHILIPPVM *Magnanimum*, feloniam, pari rigore vindicatam, commiſit, tum *comes* & *vaſallus Rittbergenſis*, OTTO, tum & IOANNES *comes* & *vaſallus Schaumburgicus*. IO. SLEIDANVS ſcribit *pag.* mihi 281. b. " *& progreſſus arcem Stenbruccum recuperat & populum in ſuam fidem rurſus adigit & gratias agere jubet Deo pro victoria, & Joannem Schaumburgum, Ottonem Rittbergum Comites, quod ei* (HENRICO Brunsvicenſi) *ſubminiſtraſſent auxilia, mulctat, inde copiis dimiſſis, domum redit* PHILIPPVS Landgravius. Qui ipſe in ſeinem Ausſchreiben, oder der wahrhaftigen Erzehlung der Geſchicht, was ſich Herzog Henrichs von Braunſchweig, und ſeiner anhangenden Geſellſchafft halben, dieſes gegenwärtigen Jahres zugetragen, 1546. Apud HORTLEDERVM, *L.* 4. *Cap.* 48. *Tomo II. p.* 1040. & 1044. hæc tradidit: "Und nachdem Graff Johan von der Schaumburg dem von Braunſchweig angehangen, jm Geſchütz geliehen, vnd andere Beforderung gethan, vnd alſo wider den gemeinen Landfrieden, jüngſten Speyriſchen und Wormbiſchen, Keyſerliche vnnd Reichs-Abſchied, auch wider die offene General vnnd Special Mandat, welch Keyſerlich Majeſtat von wegen der Sequeſtration, ſo die Proteſtirenden jhrer Majeſtat deß eroberten Braunſchweigiſchen Lands halben, damal zu Ehren bewilligt, ꝛc. gehandelt vnd gethan, zu dem, das er deß Landgraffen zu Heſſen verpflichter vnnd gelobter Lehenmann iſt, vnd vnbetrachtet, ſeiner Lehens-pflicht dem vom Braunſchweig, wie erzehlet, zu bemeldtem ſeinem Landfriedbrüchigen fürnemen Beförderung

vnd

vnd Hülff erzeigt. So hat der Landgraffe den Kopff mit ſeinem Kriegsvolck nach der Herrſchafft Schaumburg gewendet, in deß ſein Graffe Johanns Brüdere, vnnd jhre Landtſchafft zugefahren, das Schloſſz Bockenburg eingenommen, zum Landgraffen geſchickt, vnd fleiſſig gebetten, er wolt Gnad in die Sach wenden. Alſo iſts dahin kommen, daß Graffe Johann deß Hauß Bockenburg abgetretten, vnd hat es den andern ſeinen Brüdern Ritterſchafft vnd Landſchafft zugeſtellt, welche Caution vnd Verſicherung von ſich gegeben, jnen darzu nicht widerkommen zu laſſen, er habe ſich dann zuvor dieſer Verwirckung halber mit dem Landtgraffen vnnd ſeinen Mituerwandten Ständen vertragen. Weiter nach dem befunden, daß Graffe Otto von Rittberg gleicher Geſtalt, vnnd etwas weiter, dem von Braunſchweig angehangen, jhm Geſchütz geliehen, den Graffen von Deckelnburg als ein Mitglied der Euangeliſchen vorein helffen vberziehen, brennen, brandſchatzen, mit ſeinem ſelbſt Leib, Hertzog Heinrichen zugezogen, gedienet, andere mehr Beförderung gethan, vnd alſo wider berürten gemeinen Landfrieden, Speyriſchen und Wormbſiſchen Abſchied, Special vnnd General Mandat, ſo Keyſerlich Majeſtat der Sequeſtration halben gegeben, gehandelt, gefräffelt, vnnd gethon. Zu dem, daß Graffen Otten Voreltern die gantze Graffſchafft Rittberg biß inn neuntzig Jahr vom Hauß zu Heſſen zu Lehen getragen, verſtanden, vnd trewlich vermahnet, vnnd ſich verſchrieben: Daß der Landgraffe im Hauß Rittberg ſolt öffnung haben, vnnd wo ſie den Landgraffen zu Heſſen mit Ehren nicht helffen könten, ſo wolten ſie doch nicht wider ſie ſeyn: Auch er Graffe Otto ſelbſt die Lehen

von

von Landgraffen Philipſen zu Heſſen empfangen, welchs alles er aber vergeßlich hingeſtellt, vnnd ſeine Lehens-pflicht nicht bedacht, ſondern wider den Landgraffen gedienet, vnd ſich wider deß eigene Perſon, im Feld brauchen laſſen. So iſt der Landgraff mit Rath der Chriſtlichen Verſtändnus Kriegsräth, mit Reutern vnnd Knechten, vnd dem ſtattlichen groben vnd kleinen Feldgeſchütz, ſo er gehabt, für den Ritberg gezogen, und ein trefflich grob Geſchütz, Karthaunen, Nothſchlangen, Mörſel, Pöler, mit jhren notwendigen Munition hernacher bringen laſſen, vnnd es dahin bracht, daß die Häupt- und Befelchsleuth auch die gemeine Knecht, ſo in Rittberg gelegen, jm dem Landgraffen, als dem Lehenherrn, vnnd dem Graffen von der Lipp, als der Graffen vom Ritberg nahe Gefreundten, das Hauß Ritberg zugeſtellt vnnd abgetretten, Inhalts der Abrede, welch inn Schrifften klärlich verfaßt, vnnd die gewiſſen Inhaber ſolchs Hauſes, dauon ein verſiegelt Original bey ſich haben. „ Ibidem, *Cap.* 54. *pag.* 1057. hæc quoque leguntur: “ Fürder iſt der Anſchlag geweſen, den Graffen von Schamburg zu vberziehen, welcher dem Feinde ein gantze Feldſchlange, das auch ſein gröſt Stück geweſen, wider vns geliehen hat, die andere ſechtzehen Stück hat er im Lande zu Hadelln, da er die Bauwren geſchlagen, bekommen. Vnnd nach dem der Landgraff gäntzlich willens, den Graffen von Rittbergk mit etzlichen Blathäuſern den Winter zu belägern, vnd die Lufft zumal ſpitzig, der Beute wenig vnnd geringe, habe ich meinen Abſchied genommen, vnd wider anheim gezogen.„ Effugerunt hæc induſtriam B. LVDEWIGII, qui all. loco, *Cap. VI.* §. 4. *col.* 697. *nota* (**) chronicorum, 10.

KECK-

KECKMANNI *Lubecenſis*, HENR. BVNTINGII *Brunſvicenſis*, IO. PIDERITII *Lippiaci* & IO. SPANGENBERGII *Mansfeldenſis*, teſtimoniis contentus fuit. Solius pariter OTTONIS *Rittbergii* meminit HARTMANNVS, all. loco, §. 103. *pag.* 315. En Copiam Urtheils, ſo über Graf Otten von Rittberg am Heſſiſchen Mañgericht ergangen 1546. ibidem, *Litt. O. col.* 735. extantem. "In der Rechtfertigung gegenwärtiger Lehn-Sach, zwiſchen dem Durchleuchtigen, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Philipſen, Landgrafen zu Heſſen, Grafen zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda, unſerm gnädigen Fürſten und Herrn, Klägern, an einem- und dann Graf Otten vom Rittberg, Beklagten andern Theils, einen Lehens-Bruch im Handel angezogen und betreffend, erkennen die Verordnete niedergeſetzte Mann-Richter, und Mann, auf fürbrachte Klage, ingelegte Lehens-Reverſal, Verſtändniß und andere Brief, des Beklagten eigene Bekäntniß, geführte Kundſchafft, auch angegeben und verhörte Zeugen und aller andern Einbringen gethane Recht-Sätze, und darauf beſchehene Bitt, zu recht, daß jetztgemeldter beklagter Graf, den angegebenen Lehens-Bruch würcklich begangen und geübt, und folgends alle und jede ſeine Lehen-Güter, ſo er und ſeine Vorfahren von hochgedachtem Unſern gnädigſten Fürſten und Herrn, dem Kläger auch S. Fürſtl. Gn. Vor-Eltern löblicher und ſeeliger Gedächtniß zu Lehen empfangen gehabt, getragen und hergebracht, verwirckt und ſich derſelben entſetzt, verluſtig, unwürdig und fürters unfähig gemacht habe, daß auch demnach alle ſolche ſeine des Beklagten Lehn-Güter, mehr und Hochgedachtem Kläger, als bey dem Lehn-

 Herrn,

Herrn, eröffnet, heimgefallen und alſo wiederum an Seine Fürſtl. Gn. devolvirt ſeyen, immaſſen vorberührter Mannrichter und Mann ſolche Eröffnung und Devolution, derſelbigen des beklagten Grafen Lehn-Güter hiermit und in Krafft dieſes ihres Spruchs decerniren, declariren und erklähren mit Verdammung deſſelbigen beklagten Grafen in die Gerichts-Koſten und andere Schäden, auch allem Intereſſe von Rechts wegen. Pronunciatum am Freytag den fünfften Martii Anno Domini fünffzehen hundert viertzig und ſechs. „

## XIII.

IOANNIS *Rittbergii, anno* 1562. in carcere defuncti, *feloniam*, quam diverſimode commiſit, & *fatum*, quod hic pacis publicæ turbator promeruit, ita deſcripſit LVDEWIGIVS, *Cap.VI.* §. 5. *not. h) i) k) col.* 698. & 699. ut nihil prorſus habeam, quod addam. Adeo, ut ejus nullam prorſus mentionem hic feciſſem, niſi pro inſtituti ratione monendum foret, judicium parium curiæ, ſi quidem heic obtinuit, itidem non niſi *feloniæ* cauſa obtinuiſſe. Fuit is IOANNES, memorati OTTONIS nepos & ultimus maſculus *Rittbergenſis*, comitatu hocce, filiabus ejus, jure feudi novi, ſolutis duodecim imperialium millibus, a Landgravio anno 1563. conceſſo.

## XIIII.

Eodem fere modo, poſt fata PHILIPPI *Magnanimi*, quatuor ejus filii & ſucceſſores Landgravii, filiorum patris ſui naturalium, quos e Margaretha von Saul (Saala), legitimæ

legitimæ uxori ſuæ 3. *Martii* 1540. ſuperinducta ſuſtulerat, natosque *ex Domo Haſſiaca*, *Comites Deciæ*, *Dominos in Liſperg & Bickenbach* adpellaverat, ſecundum, CHRISTOPHORVM ERNESTVM, inſidiarum Principibus atque Dominis ſuis ſtructarum, conſequenter notabilis & multiplicis FELONIAE reum, coram judicio parium curiæ accuſarunt, qui eum omnibus non ſolum feudis ſuis privarunt, verum etiam ad perpetuos carceres Ziegenhainenſes, usque ad *annum*, in quo deciſſit, 1603. inde ab *anno* 1570. 34. fere annos perpeſſos, condemnarunt. Plura hac de re, certiſſima licet, minus tamen hodie cognita, addere non lubet. Conf. **Probe einer verbeſſerten Heraldic an dem Hochfürſtlich-Heſſiſch- und Hochgrävlich-Hanauiſchen, ſodann Chur-Maynziſch- wie auch Hochfürſtlich-Brandenburg-Anſpachiſchen Wapen, annebſt einem Anhange verſchiedener Ausbeſſerungen an denen genealogiſchen Tabellen Hrn. Joh. Hübners, Gieſſen,** 8. 1728. *pag.* 88. *num.* 3.) In *Diario* LVDOVICI *Comitis Witgenſteinii*, continente acta judicii aulici (cujus is tum temporis membrum erat) in comitiis a Maximiliano II. ſpiræ anno 1570. habitis, ad 23. Sept. ſic legitur: "**N. Gr. von Dietz** captivus contra **Heſſen bitt** reſtitutionem feudi cujusdam **ſo Landgr. Ph.** ſenior N. captivi fratris filio illegitimo **geluhen,** cujus ipſe hæres ſit. **Iſt ein Vorſchrifft** ad principes **geben.**" In quæ verba editor illius diarii, *illuſtriſſimus* L. B. *de* SENCKENBERG, in §. 4. **der Vorrede des zweyten Theils der Sammlung von ungedruckt- und raren Schrifften,** 8. 1745. ſic commentatur: "*pag.* 5. **findet ſich etwas von denen Grafen von Dietz, welche** Philippi Magnanimi, **des Landgraffen von Heſſen Kinder von der zweyten**

 **Gemahlin,**

Gemahlin, Margaretha von Sahla geweſen ſind. Dieſen waren verſchiedentliche Güter und Einkünften (adde Lehen) zu ihrem Unterhalt angewieſen, welche ſie auch genoſſen, allein nachdeme ſich jeweilige Zwiſtigkeiten erhaben, und dieſelbe ſich allem Anſehen nach, mit dem guten Willen ihrer Herrn Stief-Gebrüder nicht gänzlich begnügen wollen, ſo iſt es dardurch geſchehen, daß ſie in Verwahrung gezogen worden, worauf kurz hernach dieſer Stamm außgegangen.„ Vnde B. HARTMANNVS, *P. I. Cap. XIII.* §. 167. *pag.* 356. 357. ſcribit: "III. CHRISTOPHORVM ERNESTVM, *qui, conſentientibus quatuor fratribus & Landgraviis Haſſiæ, Ulrichſteinio Ziegenhaynam in cuſtodiam deductus, eo in loco ſtudiis & diſciplinis mathematicis excolendis vitam cœlibem duxit,* & 1603. *menſe Octobri ea in arce obiit, relicta bibliotheca perelegante, quæ Academiæ Marburgenſi ex indulgentiſſima* MAVRITII *voluntate ceſſit.*„ Conf. *P. II. Cap. VII.* §. 28. *pag.* 307. In illorum gratiam PHILIPPVS *Magnanimus*, pater, die 6. *Aprilis* 1562. ſequentia, tum in IO. CHRISTIANI LVNIGII *Archivo Imp. P. Spec. I.* Fortſezung, *II. Contin. Tomo IX. pag.* 776. *ſq.* tum apud IO. IACOBVM MOSERVM in dem teutſchen Staats-Recht, *Parte XXII. pag.* 335. *ſqq.* legenda, ſolemniter teſtatus eſt: " ausgeſcheiden der Schloß, Stadt, Flecken und Aemter Mulſtein, genannt Ulrichſtein, Schotten, Stornfels, Homberg vor der Höhe, Bickenbach, Umſtatt, Lißberg und unſer Theil an dem Dorff Derne, ſamt 500. fl. uf den zweyen Tornuſſen zu Poppart; welche Wir auch unſern ehlichen 7. Söhnen, gebohrnen aus dem Haus Heſſen, Grafen zu Dietz und Herrn zu Liesperg, die Wir mit unſerer Gemahl, Frauen Margre-

then

then von der Sahl, erzeugt, wie ſolches die Verſchreibungen ausweiſen, verordnet und gegeben haben. ; ;

Von unſer Baarſchafft, die Wir verlaſſen, da ſollen erſtlich von 10000. fl. Müntz erhebt und hinter den Rath zu Caſſel erlegt werden, mit der Beſcheidenheit und zu dem Gebrauch, wann unſere Töchter, Fräulein Margarethen, gebohrne aus dem Haus Heſſen, Gräfin zu Dietz, einen Grafen oder Freyherrn freyen würde, ſie damit auszuſteuren und zur Ehegifft mitzugeben, auch ſie dabeneben mit Kleidern und Geſchmuck, wie das einer Gräfin gebührt, verſehen werden, doch daß ſolcher Geſchmuck des Fräuleins unter 5000. fl. nicht werth ſeye. Würden Wir aber ſolches bey unſerm Leben thun, ſie verheurathen und ihr die Mitgifft geben, ſo hat es ſeinen Weg und iſt alsdann nicht noth, die Mitgifft noch einmal zu erlegen, dazu, wann ſolches entrichret iſt, ſollen unſern Söhnen, gebohrnen aus dem Hauſe Heſſen, Grafen zu Dietz, 4000. fl. Müntz gegeben werden. ; ;

Nachdem Wir auch in einer Verſchreibung, de dato Marburg Dienſtags den 7. May Anno Domini 1560. Unſern auch ehlichen Söhnen, von Frauen Margrethen gebohren, etliche Herrſchafften und Aemter, als nehmlich Lißberg, Bickenbach, Umſtatt, Epſtein und unſer Theil an Butzbach, mit allen ihren Ein; und Zugehörungen, vermacht und Wir aber hernach befunden, daß Unſere andere Söhne, die Landgrafen und Fürſten zu Heſſen, an ſolchem Unſern Vermächtniß und Ubergabe, ſo vil Butzbach und die Herrſchafft Epſtein betrifft, nicht eine geringe Beſchwerung gehabt, aus Urſachen, daß ſie hiernächſt, nach Unſerm tödtlichen Abgang, die Straſſen und das Geleit nach Franckfurt, deßgleichen den Gül-

den Wein-Zoll in der Herrſchafft Epſtein und zu Butzbach, nicht wohl handhaben und vertheidigen können, wann dieſe 2. Aemter in andern und nicht in ihren Handen ſtehen ſollten, zu deme Wir auch ſelbſt bedencken, daß ermeldte beyde Aemter, Epſtein und Butzbach, um der Gemeinſchaft willen, darinnen Wir mit den Grafen zu Königſtein und Solms ſitzen, dergleichen von wegen der groſſen und vilfältigen Irrung, die Wir in beyden Aemtern mit denſelbigen Grafen haben, Unſern Söhnen von Frauen Margarethen gebohren nicht faſt nützlichen ſeyn, auch ſie die von Uns hergebrachten Gerechtigkeiten an einem jeden Ort ſchwerlichen würden vertretten können und gleichwohlen zu Handhabung derſelben unterdeß nicht ein geringes aufwenden müßten, um welcher Urſachen willen Wir bewegt worden ſeyn, vorige Unſere Vermächtniß und Ubergabe, ſo vil die Herrſchafft Epſtein und Butzbach, ſamt allen ihren Inn- und Zugehörungen, betrifft, zu caſſiren und zu ändern, und ermeldten Unſern Söhnen von Frauen Margaretha gebohren vor Eppſtein und Butzbach zu vermachen, den Mulſtein, genannt Ulrichſtein, Schotten, Stornfels, Homberg vor der Höhe und Unſern Theil am Dorff Derna, mit allen ihren Inn- und Zugehörungen, zuſammt 500. fl. jährlicher Gülde, uf Unſern Zoll und zweyen Tornuſſen zu Popparten, alles nach Ausweiſung 3. gleichlautender Verſchreibungen, de dato Caſſel am 25. Febr. Anno Domini 1562. die Wir mit Unſern eigenen Händen unterſchrieben und mit Unſerm groſſen anhangenden Innſigel beſigelt, darinnen auch Unſere 4. Söhne, Fürſten zu Heſſen, bewilligt und darüber Verſchreibungen unter ihrem Handzeichen und anhangenden

genden Inſigeln gegeben haben: Demnach ſo wollen Wir ſolche Vermächtniß und Ordnung durch diſen Unſern letzten Willen in diſem Unſerm Teſtament ausdrücklichen beſtättigt und bekräfftigt haben, in beſter Form, wie das immermehr von Rechtswegen ſeyn kan oder mag, und verordnen hiemit, daß vilgedachte Unſere Söhne von Frauen Margarethen gebohren, nach Unſerm tödlichen Abgang erblichen haben, und behalten ſollen diſe hernach benannte Schloß, Städt, Aemter und Güter, nehmlichen Lißberg, Bickenbach, Umſtatt, den Mulſtein, Schotten, Stornfels, Homberg vor der Höhe und Unſern Theil am Dorf Dern, ſamt 500. fl. jährlicher Gülde uf den Zoll und zweyen Tornuſſen zu Popparten und ein jedes der jeztbenennten Schloß, Städt und Aemter mit Dörffern, Walden, Jagden, Land-Zollen, Herkommen, Gerichten, Rechten, auch übers Blut, und ſonſt allen und jeden Nutzungen, wie das alles die vorgemeldte Verſchreibung klärlichen ausweiſen und mit ſich bringen. Weil auch derſelbigen Aemter etliche, als nehmlich Homberg vor der Höhe, Schotten, Stornfels und Umſtatt verpfändet ſeyn, da Wir dann bey Unſerm Leben ſolche verpfändte Aemter nicht wieder löſen würden, ſo wollen Wir hiemit Unſern Söhnen, Fürſten zu Heſſen, uferlegt haben, daß ſie Homberg vor der Höhe, Schotten und Stornfelß, innerhalb 5. Monathen nach Unſerm tödtlichen Abgang, gewißlich und ohne einige Verweigerung, wieder einlöſen, damit Unſere Söhne, von Frauen Margrethen gebohren, alle verſchriebene Aemter frey, ledig und ohne einige Schuld-Beſchwerung innbekommen mögen. Daß Wir Unſern Söhnen, ſo Uns von Unſer Gemaheln,

Frauen Margarethen, gebohren, den Titul geben: Gebohren aus dem Haus Heſſen, Grafen zu Dietz und Herrn zu Lißberg oder Bickenbach, in welchen Titul auch Unſere 4. Söhne, Fürſten zu Heſſen, bewilliget haben, dazu hat Uns verurſacht Unſer Gewiſſen und daß ſie je einen ehrlichen Nahmen haben müſſen, wie Wir das Unſer Gemahl, Frauen Margarethen, Mutter, auch ihr, Unſer Gemahl ſelbſt, und ihrer Freundſchafft vor langen verſprochen, welches auch Unſern Söhnen, den Fürſten zu Heſſen, in keinen Weg an ihrem Titul des Fürſtenthums, noch denen Grafſchafften Catzenelenbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda abbrüchig ſeyn kan oder mag. Zweifeln gar nicht, Unſere Söhne, gebohrne Fürſten zu Heſſen, werden bedencken, daß Wir bey Unſerer Regierung diſes Fürſtenthums Nutzen ſehr gebeſſert; = = da ſie nun das gegen einander erwegen, was Wir denen Unſern ehlichen Söhnen, ſo Uns von Unſer Gemahl', Frauen Margarethen von der Sahla herkommen und gebohren, aus dem Hauſe Heſſen, Grafen zu Dietz und Herrn zu Liſperg ſeyn gegeben und ermeſſen, was Nutzen ſie allein von den zweyen Stücken, als dem Saltzwerck und Forſt haben, würde ein groſſer Uberſchuß Unſern Söhnen, den Fürſten zu Heſſen, allda bleiben. Unſere Söhne, die Fürſten zu Heſſen, ſollen nach Unſerm Abſterben Unſere Gemahl, Frau Margarethen von der Sahla, und Unſere Kinder, gebohrne aus dem Haus Heſſen, Grafen und Gräfin zu Dietz ꝛc. ſo Wir mit ermeldter Unſerer Gemahl Frauen Margarethen erzeugt, 3. Monath lang zu Stangenberg bleiben laſſen, auf daß ſie mit gutem Nutzen und Fügen an die Orte, die Wir ihnen verordnet, ziehen mögen.

Wir

Wir wollen auch Unſern Sohn, Landgraf Wilhelm ſonderlichen, auch die andern gebeten haben, ihnen Unſern Söhnen, von Unſer Gemahl Frauen Margarethen Uns gebohren, gute Beförderung zu thun, wie wohl geſchehen mag, weil ſie vil reicher Lehen ufm Kreichgau und anderswo in der Pfaltz, dem Land zu Würtemberg, auch im Land zu Heſſen haben, da eins oder mehr ledig fiele, das ihren etlichen zu leihen und damit zu verſehen, deßgleichen da die Freyſtellung, wie oben gemeldt, erlangt, als nehmlichen, daß keiner von ſeinem Amt möchte abgeſetzt werden, wenn er diſer Religion wäre, daß ihr einer oder mehr zu einem geringen Biſtum oder Abtey, als Hirßfeld, Corvey, oder einer reichen Thumb-Probſtey, Thumerey, oder ſonſten kommen mögen. Unſer Sohn, Landgraf Wilhelm, deßgleichen die Vormündere, ſo Wir unſern Söhnen, gebohren aus dem Haus Heſſen, Grafen zu Dietz, Uns von Unſerer Gemahl Frau Margarethen gebohren, verordnet, können auch gemeldte Unſere Söhne nach Gelegenheit in fremde Länder ſchicken und ihnen Beförderung thun, daß ſie etwas lernen mögen. Weiter verordnen Wir, daß von unſerm hinterlaſſenen Geld, deß ſo vil gewißlichen da bleiben wird, Unſer Tochter, Fräulein Margrethen, gebohrner aus dem Hauſe Heſſen, Gräfin zu Dietz, wie vorgemeldt, 10000. fl. zu 26. Albus gerechnet, gegeben, dazu ſie mit Kleidern, Kleinodien, wie einer Gräfin gebührt und die unter 5000. fl. nicht werth ſeyen, verſehen, auch ſie mit einem Freyherrn oder Grafen, wo Wir das noch bey unſerm Leben nicht verordnen, verheurathet werde, oder ſo Wirs nicht erlebten, wie das dann die Mutter und Vormündere auch ihre Freund-

ſchafft vor gut anſehen werden. Käme es aber, daß Wir müßten kriegen (da GOtt vor ſeye) und nicht vil Gelds hinterlieſſen, ſollen doch die 4. Unſere Söhne, ſo Fürſten zu Heſſen ſeyn, von ihren Intradis ſo vil Geld ausrichten, aber die Landſchafft damit nicht beſchweren. Wir verordnen zu Vormündern Unſerer lieben Gemahl, Frau Margaretha von der Sahla und Unſern Kindern, Söhnen und Töchtern, gebohrnen aus dem Haus Heſſen, Grafen und Gräfin zu Dietz, ſo Wir mit ihro erzeuget, Conrad Dieden, Chriſtoph Hulſing, Sigmund von Miltitz, Abraham von der Sahla, Unſern Ober-Amtmann, Wolff von Sahlhauſen und Unſern Amtmann zu Sentra Johann von Ratzenberg, auch Eberharden von der Bruch, ſamtlich und ſonderlich, wie vil deren noch die Zeit im Leben ſeyn werden. Wir wollen auch, daß Unſere Gemahl, Frau Margaretha von der Sahla, uf die Häuſer, die Wir unſern Kindern, gebohren aus dem Haus Heſſen, Grafen zu Dietz und Herrn zu Liſperg, welche Wir mit ihro erzeugt, verordnet, ziehen und allda bey den Kindern wohnen möge, ſo lang, biß daß ſie ihren Wittwen-Stuhl nicht verrucket udd ihnen zum treulichſten haushalten helffen.„

## XV.

Proximum huic, quod ego quidem novi, exemplum nobilis & vaſalli Haſſiaci, IO. WERNERI *de Kalben*, von Reinheim, FELONIAE in bello Palatino (der Pfälziſchen Fehde) in quo contra Landgravium Haſſiæ, WILHELMVM, dominum ſuum militaverat, rei, ſequens ſententia, a judicio parium curiæ Haſſiaco, die 31. *Jan.* 1570. lata

lata atque pronunciata ſatis ſuperque comprobat. Liceat B. Lectorem hic monere, ut potiſſimum *tria*, quam maxime ſingularia, quæ in illa occurrunt, momenta, advertat, I.) *Comites* nempe *de Dietz* (die Wohlgebohrne ſämtliche Gebrüdere Grafen zu Dietz) reos, dominos ſine dubio actoris immediatos, de quibus paullo ante, II.) *Conſiliarios Haſſiacos*, quorum æque ac protocollorum illorum (der Fürſtl. Räthe ihres derentwegen gethanen Berichts und der vorgeleſen glaubwürdigen Copey der gehaltenen gerichtlichen Protocollen) mentio fit, de quibus deinceps adhuc agendum erit, nec non III.) clauſulam, *ſumtus* judicii iſtius parium curiæ concernentem. Cæterum in eodem iſto bello palatino ſimilem feloniam commiſiſſe, idemque fatum, tum *Wallbronnios* zu Ernſthofen, tum & *Cronbergios*, feudis Haſſiacis, a paribus curiæ, tum temporis itidem privatos, ſubiiſſe, omni prorſus dubio caret. Ita vero ſe habet iſta ſententia:

## Beſcheid, ſo in Sachen des Edlen und Ehrenveſten Hannß Werner Kalben von Reinheim als Klägern an einem = gegen und wieder die Wohlgebohrne Sämtl. Gebrüdere Grafen zu Dietz und deren verordnete Vormundere, andern theils, durch niedergeſezte Fürſtl. Lehen = Richter und Manne den 31. Jan. des Jahrs 1570. zu Darmſtatt auf dem Rathhauß gefället worden.

In Sachen zwiſchen dem Ehrenveſten Hannß Werner Kalben, Clägern an einem = und den Wohlgebohrnen

bohrnen Samtl. Gebrüderen Grafen zu Dietz und dern verordneten Vormundern Beklagten am andern Theil, ſo vor uns dem niedergeſezten Lehen-Richter und Mannen rechthengig zu machen unternommen, wißen wir die niedergeſezte Richter und Manne auf beeder Parthien beſchehenes Vorbringen, auch der Fürſtl. Räthe derentwegen gethanen Bericht, und der vor geleßen glaubwürdigen Copey der gehaltenen gerichtlichen Protocollen mit Urtheil auszuſprechen, alß daß der von Kalbe, der ex capite Feloniæ gegen Jhn von Zeiten Landgraff Wilhelms zu Heſſen, wegen der Pfälziſchen Fehde angeſtelten Klagde ſchuldig, und ſeiner vom Hauß Heſſen empfänglich hergebrachten Lehen allerdings vor verluſtig zu achten. Und dieweil Gräfl. Anwald ſich erbotten, den halben Theil der Unkoſten dieſes Manngerichts in dieſem termino ſobalden zu erlegen, ſo nehmen Lehen-Richter und Manne ſolches ſein Erbiethen hiermit an, und erachten vor billig, daß clagender Theil, nach altem wohlhergebrachtem Gebrauch dieſes Lehenhoffs dergleichen zu thun ſchuldig ſeye. Signatum ut ſupra

Adam Schwerd notarius
manu propria.

## XVI.

Duo illa, quæ *anno* 1603. habita fuerunt Iudicia parium curiæ Haſſiacæ Rittbergenſia, ſatis ſuperque comprobat ſequens atteſtatum, quod a LVDEWIGIO, illud in *adpendice monumentorum Litt. P. col.* 735. ſiſtente, mutuare liceat. "Daß zwiſchen Jhro Fürſtl. Gn. &c. Herrn Moritz,

Moritz, Landgrafen zu Heſſen, Grafen zu Catzenelenbogen, Dietz, Ziegenhain und Nidda ꝛc. hochlöblicher Gedächtnüß, als Lehn-Herrn, und deſſen Vaſallinen Gräfin Catharinen Sabinen und Gräfin Agneſen zu Rittberg, allhier zu Caſſel, zwey Heſſiſche Mann- oder Lehen-Gerichte, eines betreffend Catharinam Sabinam Gräfin zu Rittberg, in puncto inceſtuoſer Verheyrathung an ihres Vatern leiblichen Bruder, Grafen Johann von Oſt-Frießland, das andere Agneſen, auch Gräfin zu Rittberg, ſuper formula des Fürſtl. Heſſiſchen Lehen-Brieffs über die Graffſchafft Rittberg in Anno 1603. angeordnet, von beyden Theilen acht Pares Curiæ, benamentlich Graf Ernſt zu Schaumburg, Graf Arnd zu Bentheim, Johann Riedeſell zu Eyſenbach, Erb-Marſchall, Sittich von Berlepſch, Stadthalter zu Marburg, Johann von Dalwig, Hofrichter zu Marburg, Otto Wilhelm von Berlepſch, Ober-Ambtmann zu Rheinfelß, Heinrich von Weſtphalen, Paderborniſcher Hoffmeiſter, und Herrmann von der Malßburg zu Lahr, darzu erwehlet, von denenſelben das Lehngericht in beyderley Sachen auf hieſigem Rathhauß beſeſſen und gehalten, vor ſelbigem auch zween abſonderliche Proceſſe geführet, und in jedem Klag- Exception- Replic- und Schluß Schrifften hinc inde übergeben ſeyn, ſolches iſt mir unten benahmten Kayſerl. immatriculirten Notario, nebſt darzu ſubrequirirten Zeugen, aus denen in Hochfürſtl. Heſſiſchen hieſigen Reg. Archiv vorhandenen Actis gezeiget worden: Worüber dann auch auf eine Nahmens Hochfürſtl. Reg. beſchehene Requiſition, gegenwärtiges Atteſtatum unter meiner eigenen Hand und Notariat-Siegel, auch der Zeugen Unter-

ſchrifft, ausgefertiget und ertheilet. So geſchehen Caſſel im Nieder-Fürſtenthum Heſſen den eylfften Tag Monaths Septembris, deß eintauſend ſieben hundert und vierdten Jahrs.

(L.S.)

Johann Georg Frigge, Juris Practicus, atque in Camera Imperiali Notarius immatriculatus juratus, in Gegenwart und Beyſeyn Johann Conrad Rowerts und Julius Anthon Arnſten, reſpective Bürgerer, Schreiner und Schneider allhier, als hierzu abſonderlich erbettener Zeugen.

Johann Conrad Rowerts, als erbetener Zeuge. Julius Anton Arnſten, als erbetener Zeuge.

## XVII.

Quod LVDEWIGIVS, laudato jam aliquoties loco, *Cap. XII.* §. 2. *nota k) col.* 705. paucis hiſce " Imo anno 1703. (1705.) conſeſſus Parium judicavit noviſſime cauſam, inter LANDGRAVIVM & vaſallum *de* CORENBERG (*Cornberg*) ventilatam „ verbis, tum ab ESTORE, *pag.* 58. tum a IENICHENIO *pag.* 30. (vid. ſupra *pag.* 21. & 23.) repetitis, propoſuit exemplum, judicii parium curiæ, ob inſignem feloniam Cornbergenſem, celebrati; illud adeo notum atque ex actis publicis cognitum eſt, ut ſi quis laudatas modo a LIPENIO & IENICHENIO, in *Tomo Bibliothecæ Deductionum I. pag.* 21. Deductiones, etiamſi tum *poſteriores* ſaltim, tum *Cornbergenſes* modo ſint, inſpexerit, de caſu FELONIAE certiſſimus eſſe debeat. Ne vero de ipſo judicio Parium Curiæ Cornbergenſi dubitare quis valeat, habeas hic velim

Copiam

## Copiam Citationis ſecundæ von denen Heſſiſchen Paribus Curiæ an den von Cornberg ao. 1704. ergangen.

Des Durchläuchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Carl, Landgrafen zu Heßen, tot. tit. zu dieſem Hochfürſtl. Lehen-Gerichte niedergeſezte Lehen-Richter und Manne von Lehen wir Caſpar Chriſtoph von Gaugrebe, Wolff Chriſtoph Schenck zu Schreinsberg und Cuin Ordomann von Bodenhaußen, fügen nebſt Entbiethung unſerer freundl. Grüße und Dienſten dem Wohlgebohrnen Herrn Auguſt Wilhelm von Cornberg hiermit zu wißen: daß nachdeme wir Uns vermöge der an Jhn unter dem 18. Julii jüngſthin ergangenen Citation zu fernerer Ausübung der zwiſchen dem Fürſtl. Heſſiſchen Anwald Hrn. Lt. Johann Andreas Haßer Klägers an einem entgegen und wider Jhn Beclagten am andern Theil für das niedergeſezte Lehen- und Mann-Gerichte gediehenen Sache anhero verfüget, auch im angeſezten termino den 12. hujus in loco conſueto deßen Erſcheinung und Handelns abgewartet haben, dennoch wieder Verhoffen abermahlen vernehmen müſſen, daß ſich ſeiner Seits Niemand gemeldet, vielmehr der angeſezte terminus durch ſolch Unterbleiben fruchtloß abgangen. Alldieweilen aber jedoch Fürſtl. Anwald für Uns erſchienen, und die an denſelbigen ergangene Citation weniger nicht behörig reproduciret und beglaubt beſchienen, als auch deßen Contumaciam nach Ausweiße der Beylage N. 1. accuſiret, mithin litem pro conteſtata, und die Seiner Seits fürhin übergebene Articulos pro confeſſatis anzunehmen

nehmen gebetten; So haben wir zwar deßen Suchen noch zur Zeit über all ſtatt zu thun Bedencken getragen, jedoch da wir, wie das ſub N. 2. hiebey gefügte Inſtrumentum ausweißet, anjtzo bloßhin litem pro conteſtata angenommen, und zum Ueberfluß alium terminum auf den 28. Jan. des inſtehenden 1705. Jahrs, wiewohl ſub expreſſo præjudicio, alsdann in gegentheiliges Suchen zu gehelen angeſezt haben; Hierum ſo heiſchen und laden wir, als erwehlte und conſtituirte Lehen-Manne und Lehen-Richter Ihn Hrn. Auguſt Wilhelm von Cornberg zur Auburg, alſo und dergeſtalt, daß Er mitmachen den 28. Jan. des innſtehenden Jahrs, welchen wir Ihm für den 1. 2. und 3. Gerichts-Tag und alſo peremtorie anſezen, und anraumen allhier in der Stadt Caſſel aufm Rathhauß in Perſohn oder durch einen genugſam Bevollmächtigten vor uns erſcheinen, entweder auf den übergebenen Libellum articulatum weß ſich gebühret, handeln oder anzuhören, daß die Klags-Articuli alsdann in dieſem abermahligen und gefliſſenen Ungehorſam pro conteſtata angenommen werden ſollen.

Es erſcheine nun derſelbe alsdann alſo oder nicht, wird doch nichts deſtoweniger auf klagenden Theils Erſcheinen und ferneres förmliches Anruffen angedeuteter maßen angezogenen Interlocuto gemäß geſchehen und ergehen was ſich ſeiner Ordnung nach gebühret, und denen Lehen-Rechten gemäß ſeyn wird, wornach Er ſich zu achten. Gegeben Caſſel den 15. Nov. 1704.

(L.S.) Caſpar Chriſtoph von Gaugreb.
(L.S.) Wolf Chriſtoph Schenck zu Schweinsberg.
(L.S.) Chuin Ordomann von Bodenhaußen.

XVIII.

# XVIII.

Ejusdem fere indolis & naturæ fuit noviſſimum, quod *anno* 1709. propter graviſſimam *feloniam* IO. CHRISTIANI *de* GEMMINGEN, cujus pagi Michelfeld in Creichgovia ſiti tertia pars, una cum jure ſacrorum, feudum Haſſo-Darmſtadinum & quidem ſingulatim Cattimelibocenſe extra curtem fuit, conf. omnino *illuſtris* FRANC. IVSTI KORTHOLTI *Diſp.* longe doctiſſima *de ſimultanea inveſtitura Haſſiaca, inprimis in feudis Cattimelibocenſibus, Giſſæ,* 1755. *Cap. II.* §. 38. *pag.* 102. 103. 104. 105. 106. *Adj. Num.* 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. celebratum fuit judicium parium curiæ Haſſiacum.

# XIX.

Hæc ſunt omnia, quæ ego quidem, pro temporis, ſubſidiorumque modulo invenire atque eruere potui exempla. Plura ejusmodi dari ipſe credo, at in ſcriniis archivorum Haſſiacorum adhuc deliteſcentia, & neque in ſcriptis, juris feudalis, etiam *Haſſiaci*, conſultorum, neque in eis etiam, unde adhuc tradita haurire mihi licuit, documentis feudalibus Haſſiacis, proſtantia. Nihilominus autem, tum horum, quæ adduxi, *ſeptem* vel *octo* EXEMPLORVM, natura & indoles, tum & univerſi juris feudalis, amplius mox diducenda, *analogia* fretus atque confiſus, firmiter perſuaſum habeo, nullum aliud produci poſſe, vel umquam productum iri exemplum, quod non identidem, vel ipſum, quem omnia illa continent, *feloniæ* caſum, vel talem certe cauſam pro objecto habet,

bet, in qua *dominus*, tanquam in propria, vel ipſum certe proprie & proxime adtinente cauſa, *ſolus*, absque paribus vaſallum ſuum aliumve judicare non potuit, ad evitandam omnem injuriæ ſuſpicionem, alios adhuc vaſallos, rei commilites, cauſſarum ejusmodi feudalium, conſuetudinibus & juribus non ſcriptis, maximam partem itemque interpretationibus pactorum conventionumque decidendarum peritiſſimos, talique habitu inſtructiſſimos, in conſilium, vel potius ſcabinorum aſſeſſorumque loco, adhibens, imo totam, quod de *Haſſiæ Landgraviis* ſigillatim perhibent LVDEWIGIVS, LVDOVICI & ESTOR, ſemetipſo, vel miniſtro ſuo, judicium feudale licet conſtituente atque inchoante, ſtatim tamen ab eo rurſus diſcedente, prouti de *Würtembergico* legi poteſt in *Diſſ. de uſu* illius *moderno*, §. *XXIII. pag.* 46. 47. & in *Adj. Num. VI.* abſente, ejusmodi cauſam, ſolis paribus, cognoſcendam, ſententiaque definiendam relinquens.

# XX.

Antea vero, quam ulterius nunc progredior, evitandæ atque penitus præſcindendæ, quam in multis hac de re ſcriptis, non ſine magno ipſius cauſæ damno, regnare, ſæpius obſervavi, ambiguitati & logomachiæ cauſa, monendum & ſemel iterumque inculcandum eſt, oppoſitionem, quam hoc loco innuo & intelligo, non inter jurisdictionem, *feudalem* & allodialem, ſive civilem, de quarum *conflictu ac utriusque ratione feudorum competentia* ſingulari *Diſputatione*, *Erfurti*, *anno* 1730. diſſeruit B. IO. TOBIAS REINHARDT, ſive *ordinariam* quamvis, nec adeo inter CVRIAM, quam vocant, FEVDALEM, den



Lehen-

Lehenhof, & quodvis aliud ordinarium judicium, ſed potius, etiamſi *cauſa* vel maxime *feudalis* ſit, nec aliam quam feudalem jurisdictionem fundet & agnoſcat, inter ipſam curiam feudalem, prout illa reg. & ordinarie e ſolis Principum ac Dominorum miniſtris & conſiliariis, ſive deinceps ſola jurium prudentia, ſive præterea quoque generis nobilitate conſpicuis, non vaſallis, nec proinde paribus curiæ dicendis, quandoque vero etiam, velut in ſupra laudatis exemplis omnibus, non niſi ex vaſallis, atque adeo nobilibus, nec vero tanquam litteratis & conſiliariis Principis, licet tales forſan ex accidenti ſimul forent illi vaſalli, vero & proprio utriusque juris feudalis ſenſu paribus curiæ dicendis, conſtat, verſari; *ſtatu* quæſtionis vel *controverſiæ*, ut cum vulgo loquar, ſic formando, utrum cauſæ feudales (tales namque ſuppono easque omnes, quæ tales dici non merentur, procul abhinc arceo) quæ ratione feudorum utriusque HASSIAE, ſingulatim *Darmſtadinæ* & comitatus *Cattimelibocenſis*, equeſtrium provincialium, ſive in curte & territorio, ſive extra illam ſitorum, vel inter duos vaſallos, utrinque pares, unius ejusdemque feudi cauſa, vel inter unum ſaltem vaſallum & alium quendam ei litem moventem, feudumque appetentem, veluti duos, inter quos feudi ſucceſſio, vel ſanguinis jure, vel ſimultanea inveſtitura, vel utroque hoc jure ſimul controverſa eſt, vertuntur, & quarum jurisdictio nemini alii, quam domino directo competit, utrum inquam decidendis hujusmodi cauſis dominus directus, ſolos modo miniſtros, conſiliarios, officiales, jure conſultos, non vaſallos, adhibere queat, an vero neceſſario *vaſallos* ſuos *nobiles* convocare, judicium parium curiæ conſtituere, huicque rite formato deciſionem & ſenten-

tiam relinquere debeat. Quod *poſterius* nego & pernego, utrique potius LANDGRAVIO HASSIACO, etiamſi non rogatus, liberam facultatem vindico jurisdictionem ſuam feudalem, ſi præſertim ab excepto jam ſupra *feloniæ* ſimilive caſu diſcedas, in omnibus reliquis cauſis feudalibus inter convaſallos, æque ac vaſallos ſuos & alios non vaſallos, controverſis, per quemvis ordinarium judicem, per quodvis ordinarium judicium atque collegium, veluti Regimen provinciale, die Hochfürſtliche (Landes=) Regierungen, die Regierungs=Collegia, exercendi atque ab hocce exercitio vel omnes plane vaſallos nobiles excludendi, vel quosdam illorum pro lubitu ſuoque proprio & mero arbitrio, hoc vel illo reſpectu, advocandi atque adhibendi. Adeo, ut nec conſiliarii iſti, cauſas feudales judicantes, pares curiæ eſſe, vel eos ſaltem repræſentare, dici queant, nec vaſallo, ſive cum alio quodam convaſallo ſuo, (qui proin *pares curiæ* audiunt) ſive cum alio quodam, *non* vel certe *nondum* vaſallo, velut *agnato*, vel *creditore* ſuo, litiganti, ſive actori, ſive reo, multoque minus alicui *non vaſallo*, licitum atque integrum ſit, ad ſingulare quoddam hujus cauſæ gratia formandum, nullibi quippe *perpetuum*, judicium parium curiæ provocare, quale quippe in hujusmodi cauſis feudalibus *Haſſiacis*, nec olim umquam obtinuit, omnibus nempe exemplis non niſi ad caſum *feloniæ* concludentibus, nec multo minus hodie obtinet & moderno quodam uſu cluet. Hoc præmonito qui utitur, multas non ſolum ambiguitates, quibus adpellationes des Lehens=Hofes, curiæ feudalis, curiæ parium anſam & occaſionem præbent, feliciter præternavigabit, verum etiam facili negotio mox deprehendet, omnes iſtos

unum.

unum idemque ſentire, qui has vel illas cauſas, tanquam feudales, **dem Lehen-Hof**, curiæ feudali, immo & pro diverſo loquendi ſcribendique more, parium curiæ, uno verbo, jurisdictioni & foro feudali vindicant, quamvis non addant, ſed cuivis potius regionis, provinciæ, territorii, immo etiam curiæ ordinationi atque conſuetudini relinquant, utrum coram *judicio & collegio* PRINCIPIS, cui tanquam DOMINO DIRECTO ſoli omnis jurisdictio clientelaris competit, an vero coram *paribus curiæ*, vel *utrisque* ſimul, illæ tractandæ ſint & finiendæ?

## XXI.

Quæ vero hoc loco nominatim de cauſis feudalibus *Haſſiacis* & hodierno *non uſu parium curiæ Haſſiacorum*, ſingulatim *Cattimelibocenſium*, in cauſis feudalibus inter convaſallos aliosque controverſis, vel jam tradidi, vel deinceps traditurus ſum, eorum pleraque, eodem fere jure modoque, ad alias etiam curias clientelares & territoria Germaniæ, facili negotio transferri poterunt, ſi modo, quæ *Haſſiæ* propria dixero, demas, nec alia quædam *conſtitutio* vel *conſuetudo* obſiſtat. Ad quod is potiſſimum adtendere debet, qui hisce meis alibi, quam in *Haſſia*, uti velit, argumentis. Licet ei neutiquam propriis, ſed potius communibus, optima utriusque juris feudalis analogia gaudentibus, moribusque & obſervantiis multorum Germaniæ feudorum convenientibus, at *Haſſiæ* præ aliis adplicabilibus, tum, quod nihil obſtet, nullaque contraria, ut jam docui, obſervantia adſit, tum, quod in *Haſſia* varia alia ſeſe mihi obtulerint ARGVMENTA ſpecialia & *ſingularia*, quæ generalia iſta & *communia*, quam maxime adminiculantur.

## XXII.

*Primum*, quod generale quidem & commune, at HASSIAE exemplo maxime conſpicuum & illuſtre eſt, *argumentum*, ipſamet mihi ſuppeditat IVRISDICTIO CLIENTELARIS, & *genuinum*, quo ILLA nititur, *fundamentum*. Hoc enim, quicquid omnes alii, antiquiores pariter & recentiores, ſentiant, certe non aliud eſt, quam ipſummet *imperium*, ſine quo nulla prorſus jurisdictio veri nominis concipi poteſt, quippe quæ ſemper aliqua ejus particula erit, ita ut nemini, niſi imperanti, Principi vel domino territoriali, eique competere queat, cui hic illam vel expreſſe, vel tacite indulſit, vel certe indulſiſſe & conceſſiſſe præſumi poteſt. Recte igitur, & plane ad mentem & cauſam meam, *Cel. Ienenſium* Iureconſultus, IO. AVGVSTVS HELLFELD, cujus illa *de genuino fundamento jurisdictionis feudalis*, non niſi ab *imperio* deducendo, *ſententia* eſt, noviſſime ſingulari eaque inaugurali profeſſoria *Diſp. de genuino fundamento jurisdictionis feudalis, ejusque limitibus, Jenæ anno* 1753. propugnata, exinde, quod omnis jurisdictio feudalis ex IMPERIO, quod mihi ſaltem, ultimas feudi origines ſemper ob oculos habenti, videtur, non *civili* tantum, ſed &, quod viciſſim ſolum putavit *illuſtris* IO. GEORGIVS ESTOR in *Diſp. de jurisdictione curiarum clientelarium Germ.* §. *XXV. ſq. pag.* 43. *ſq. militari* quoque, & ſecundum primævam in feudis germanicæ originis conſuetudinem, *utroque* ſimul (prouti omnes fere, non adeo diverſas, doctorum de origine & fundamento jurisdictionis beneficiariæ ſententias facile combinari poſſe videtur) profluat, §. *VIII. pag.* 9. concludit, dominum feudi directum, qui ſimul cum

imperio

imperio eſt, ſive vel ſummo imperio, vel in Germania ſuperioritate ſaltem territoriali, ſicque ſine dubio etiam jurisdictione feudali gaudet, eam, vel *judici ordinario*, vel *ſingulari foro* adſignare poſſe, §. *XV.* & *XVI. pag.* 12. & 13. ubi ſic pergit: " *Equidem cauſis feudalibus forum plerumque adſignatum eſt ſpeciale. Cauſa hujus rei quærenda eſt in ſtatu antiquo jurisprudentiæ. Antiquiori enim tempore Germaniæ populi jura non ex doctorum traditis, ſed uſu diſcebant. Cauſis igitur judicandis tales adhibendi erant viri, qui uſu ſibi juris, ſecundum quod ſtatuendum erat, quæſiverunt notitiam. Jam vero raro evenit, ut ſolo uſu prolixa juris ſcientia adquiratur. Potius eorum ſolum juris capitum notitiam uſu adquirimus, quæ tractare occaſio fuit. Exinde originem judicii parium curiæ ducere ſoleo. Nam ſicuti pares de juribus, quæ in curia obtinebant, optimam ſibi adquirere poterant notitiam, aliis vero jura, quibus curia utebatur, cognita vix erant, dum uſu erant diſcenda, ita quoque præ aliis curiæ pares cauſis judicandis feudalibus erant adhibendi. Inde majores noſtri, quorum jurisprudentia moribus & conſuetudinibus ſervabatur, commoti, ſingulis fere cauſarum generibus ſpeciale adſignarunt forum, & tot fere jurisdictionis ſpecies formarunt, quot cauſarum genera cogitare licet. Quid igitur mirum, ſi ex eadem ratione majores noſtri cauſas feudales a communi exemerunt foro & ad forum ablegarunt ſpeciale.* „ Quibus tamen ſolis, præclare licet dictis, origines & fundamenta jurisdictionis beneficiariæ ſuperſtruere haud licet. Cum ſine dubio variæ adhuc aliæ majores noſtros, ad præferendos *extraneis* & *diſparibus* quibusvis judicibus, convaſallos & *pares curiæ* permoverint, litigantibus ſcilicet, non niſi a paribus, ſuique ordinis & ſuæ fortunæ hominibus, judicari amantibus, æquales, immo ipſimet

quoque

quoque domino directo, arcto quodam & arctiore, quam convaſallis ſuis, nexu adſtrictos, in hodiernis adhuc judiciis militum criminalibus quodammodo conſpicuos. Conf. FRID. ALB. ZENTGRAVII *Diſſ. de judicio militari criminali*, *Argent.* 1712. & inprimis IO. GOTTLOB LAVRENTII **Abhandlung von den Kriegs-Gerichten der alten Deutſchen, beſonders in Anſehung der peinlichen Gerichtsbarkeit, von den älteſten Zeiten an, biß zu dem zehnten Jahrhundert, mit nöthigen Anmerkungen, Beweiſen und Regiſtern, Gotha** 1752. 8. *Cap. II.* §. 15. *pag.* 202. CAR. GOTTL. KNORR, **in der Anleitung zum Kriegs-Proceß,** *I.* **Hauptſtück,** §. 5. *ſq.* FRID. ANDREAS GOTTLIEB GNÜGE, **in der Anleitung zum Kriegs-Recht,** *L. III. II.* **Hauptſtück,** §. 695. 2) *pag.* 365. §. 697. *pag.* 366. 367. ubi plures hanc in rem laudantur, & *V.* **Hauptſtück,** §. 814. *pag.* 431. Neque ullus dubito, quin eodem prorſus jure, quo generatim feuda præcipue militiæ agendæ cauſa data, quo militiam vaſallorum, quo ſervitia militaria vaſallorum in expeditionibus, ad naturalia feudorum hodienum pertinentia, quo nobilitatem & ingenuitatem militum atque vaſallorum, juribus ex ſtatu militari veterum Germanorum pendentibus, adnumeravit, ipſam quoque *jurisdictionem feudalem*, hujusque originem, indolem & habitum antiquo modernum, eisdem pariter adjungere potuerit *illuſtris* GE. LVDOVICVS BOEHMERVS, in *Diſſ. de juribus ex ſtatu militari Germanorum pendentibus*, *Gœttingæ*, *anno* 1749. edita, *Cap. II.* §. 2. 3. *ſqq. pag.* 47. *ſqq.* Quem ad modum vero *militaris* certe *jurisdictio*, ſi ulla alia, ex *imperio* oritur, *imperiumque* ſupponit: ita *feudalis* quoque eo magis, eoque certius ex *imperio* derivanda erit, quo magis

magis illa ab initio, vel ipſa *militaris* plane, vel militari certe perquam ſimilis fuit. Et quem ad modum hodienum modus *imperium* iſtud militare exercendi, limitesque & termini, quibus illud ejusque cum civili quocunque *judicio* concurſus & conflictus (de quo vid. CAR. GOTTL. KNORRII Abhandlung von den Irrungen, ſo zwiſchen denen Kriegs- und Civil-Gerichten öfters zu entſtehen pflegen; in Ejusdem rechtlichen Abhandlungen und *Reſponſis*, Halle 1757. 8. editis, *num. XX. pag.* 210. *ſq.*) circumſcribi & determinari debet, unice ab arbitrio ipſiusmet ſummi *imperantis*, ſummique *imperatoris* pendet; ita reg. ni ſcilicet aliud quid obſtet, pariter in domini directi, arbitrio poſitum puto tum *modum*, quo ſuam jurisdictionem feudalem exercere, *quibusque* illam *perſonis* committere atque delegare, tum *limitem* terminumque, quo illam circumſcribere & determinare velit. Uno enim eodemque jure & modo nata fuit veterum Germanorum jurisdictio clientelaris, quo reliquas omnes, quæ huic perquam ſimiles ſunt, jurisdictionis ſpecies enatas novimus. Quo minus ſcilicet *jurisdictionem*, quam inter Germanos, ultimæ & mediæ ætatis, *domini* in *ſervos* ſuos hominesque proprios, ne Græcis quidem & Romanis penitus incognitam, vid. *Novella* Conſtitutio Imp. Iuſtiniani XXI. & LXXX. DES. HERALDVS, tum in *Comment. juris Attici & Rom. L. IV. Cap.* 10. *num.* 3. *ſqq.* tum in *Obſervatt. quotidianis VII. VIII. IX.* IO. GEORGIVS ESTOR in *Analectis Haſſiacis, Tomo III. pag.* 146. & inprimis B. IO. PETRVS *de* LVDEWIG, in *Differ. jurium in prædiatoria jurisdictione Nobilium*, der ritterſchafftlichen Güther, quas Conſultiſſimus Dn. BÜLER, Sereniſſimo Würtembergiæ Duci a conſiliis aulicis, *Halæ*, *anno* 1742. ſtrenue

defendit, poſteaque in *colonos* ſuos atque ruſticos, *liberos* quidem at non niſi *imperfecta* admodum *libertate*, de qua vid. B. IVSTI HENNINGII BOEHMERI *Diſſ. Halæ*, *anno* 1733. edita, in *Exercitationibus* EIVS *ad Pandectas*, *Tomo I. pag.* 810. gaudentes habuerunt, hoc loco penitus taceam, magna illa atque nova *canæ rei* nomina, *jurisdictionis* nempe PATRIMONIALIS, quam inprimis B. IO. GOTTL. HEINECCIVS, *Diſſ. de origine atque indole jurisdictionis patrimonialis*, *Halæ* 1716. edita, inque *ſyllogen variorum* EIVS *Opuſculorum*, *pag.* 238-265. relata, & C. W. *de* DALWICK, *Diſp. de jurisdictione patrimoniali*, *Ienæ* 1754. illuſtrarunt, & COLONARIAE faciunt, de qua HERM. ADOLPHVS MEINDERS in *Diſſ. de jurisdictione colonaria & curiis dominicalibus veterum Francorum & Saxonum*, *Lemgoviæ* 1713. 4. ed. HENR. HILDEBRAND in *Diſſ. de jurisdictione emphyteuſi Germaniæ annexa*, *Alt.* 1720. IO. GVIL. *de* GOEBEL in *Diſſ. de jure & judicio ruſticorum fori Germaniæ*, *Helmſt.* 1723. *Cap. VIII. pag.* 203. *ſq.* DAV. GE. STRVBEN *de Orig. Nob. Germ. Sect. II. Cap. II. de jure villicorum*, *Cap. VII.* & in *Comment. de bonis meierdingicis*, §. *XVI. ſqq. pag.* 268. *ſq.* FRID. ESAIAS PVFENDORF in *Libro de Iurisdict. Germ. P. III. Sect. III. Cap. II.* §. 7. 14. & 18. *pag.* 733. *ſq.* & HENR. CHR. L. B. *de* SENCKENBERG, in *primis lineis juris feudalis*, *Proleg.* §. *XLVII. pag.* 31. legi merentur. Cum *utraque* illarum, jurisdictioni *feudali*, ſingulatim quoad *pares curiæ*, olim certe ſimillima fuerit. Vid. *Diſſ. de uſu moderno judicii parium curiæ Würtembergici*, §. *XV. Schol. I. pag.* 24. Cui vero hoc a *ſervis* & *libertis*, non tamen Romanis, ſed mere Germanicis, petitum argumentum, in *illuſtri* hoc *themate*, non arridet, eum cogitare, ſibique e medii ævi *antiquitatibus* in memo-

memoriam revocare velim, ne *liberos* quidem, *ingenuos* & *nobiles*, ab eorum jurisdictione & imperio liberos & immunes manſiſſe, quibus *miniſteria* atque officia, vel eccleſiaſtica, vel aulica, vel civilia, præſtabant, & in quorum tutelam, protectionem, omnisque generis *advocatiam* ſeſe receperant. Ex inſtituto docente illuſtriſſimo HENRICO CHRISTIANO L. B. *de* SENCKENBERG in *florum ſparſione ad jus auſtrægarum, tam legalium, quam conventionalium, Giſſæ* 1739. *ed.* §. 7. 8. 9. 10. *pag.* 16. *ſq.* Nemo itaque mirabitur, quod *dominis* quoque directis, in *vaſallos* & milites ſuos, miniſteria & ſervitia militaria & equeſtria debentes, quin imo ad aulica quoque miniſteria obeunda quandoque adſtrictos, in prædiorum beneficiorumque ſuorum poſſeſſores uſufructuarios, in clientes denique ſuos, jurisdictio ſaltim feudalis ab antiquo competierit, quippe in quos vaſallos, omnes illos titulos quadrare & coincidere recte dixeris, qui ſinguli alias IVRISDICTIONEM GERMANICAM, *realem* potius, quam *perſonalem*, moribus majorum noſtrorum fundare & producere ſolebant. Quo firmius autem & quo ſtabilius multiplex hoc jurisdictionis clientelaris, dominorum nempe directorum, in vaſallos ſuos *fundamentum* eſt: & quo magis omnes illi tituli, omnia iſta exempla, in ſolos *dominos directos*, minime vero etiam in *convaſallos* & *pares curiæ*, omni contra fundamento deſtitutos, nec niſi forte dominus ipſe, ſolus quippe judex feudalis, eos ſcabinos rogaverit, judiciique ſui feudalis aſſeſſores eſſe juſſerit, cauſas feudales cognoſcentes, quadrant & concludunt: eo certius quoque & eo juſtius ſolis reg. dominis jurisdictionem illam competere, eamque non niſi in unico quodam cauſarum feudalium, *feloniam* puto, genere,



ex

ex propria dominorum voluntate, cum paribus curiæ communicatam fuiſſe conſtat, a quo tamen ſingulari genere, ad reliqua prorſus diſſimilia, contra conſtantem & uniformem exemplorum praxin, argumentum haud quaquam procedit.

# XXIII.

In hoc *theorematis* mei demonſtratio, quam vocant, a priori conſiſtit, uberius nunc dilucidanda. *Imperii* namque, *ultimi* omnis jurisdictionis feudalis *fundamenti*, tum in *pares*, quale proprie loquendo haud datur, ſed vid. tamen HE. COCCEII *Diſſ. de imperio in pares*, *Francof. anno* 1697. hab. in *Vol. II. num.* 3. *pag.* 32. *ſq.* -46. tum in ipſum dominum directum, *ſuperiorem*, niſi hic ſuam forſan in illos prorogaverit jurisdictionem, prorſus incapaces ſunt *pares curiæ*, nulla proin propria & ordinaria jurisdictione feudali gaudentes, nec ad exercitium jurisdictionis feudalis dominicæ aliter & magis, quam quidem domino directo placuerit, hicque voluerit & eos juſſerit, concurrentes. Ita vero ſentias neceſſe eſt, quodcunque deinceps *fundamentum* & quamcunque cauſam atque originem *jurisdictionis beneficiariæ* adſumas tibique fingas. Fac illam omnium optime cum HENRICO *a* ROSENTHAL & LVDOLPHO SCHRADERO, potentiſſimis illis juris feudalis Longobardici monarchis, illo in *Cap. XII. concl.* 1. *num.* 2. & hoc in *P. X. Sect. I.* fere per totam, e nexu feudali, e conceſſione feudi, e contractu feudali, uno verbo e conventione illa, qua dominum inter & vaſallum, feudum ipſum conſtituitur, repeti atque derivari; quod tamen, uti rectiſſime GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMER, in *exercitatione de judice feudorum*

*rum extra curtem*, §. *VII. pag.* 9. ſcribit: *idem foret, ac conventioni privatæ eam vim tribuere, ut jus imperii in alterum transferre poſſet illa:* nihil tamen inde pro convaſallis partis alicujus litigantis, eorumque jurisdictione elici vel concludi poteris, cum nexus & contractus ille, conventio illa, non inter ipſos convaſallos & pares curiæ, veros hoc reſpectu tertios, ſed unice inter *dominum* atque unum illum *vaſallum* ineatur, ſicque reliquis, ejusdem licet domini, vaſallis, præſentibus vel futuris, nullum prorſus jus proprium, ne dicam imperium vel jurisdictionem, tribuere queat, niſi quatenus hujus, quæ tota ſoli & uni domino competit, particula ab ipſomet domino in eos derivetur, hujus conſequenter jure & arbitrio unice dimetienda. Nec enim concurſus ille parium curiæ, quicunque is demum vel olim fuerit, vel hodienum ſit, ad exercitium jurisdictionis clientelaris, tanquam *jus* aliquod *activum*, ut ita loquar, ipſis, per modum jurisdictionis alicujus competens, ſed potius non niſi tanquam *onus* & *munus* vaſalliticum, in gratiam domini directi, citra & præter cujus auctoritatem nunquam judicare poſſunt, ſcabinis & aſſeſſoribus judicii feudalis opus habentis, & quandoque etiam in gratiam & commodum convaſallorum ſuorum, *coram* & *cum* domino tunc eo ſecurius litigantium, introductum, conſiderandus eſt, conſequenter in ejus odium non retorquendus, nec in reſtrictionem liberi ejus, quomodocunque, ubi & per quas perſonas jus feudale dicere velit, arbitrii adhibendus. Reapſe ſcilicet in neceſſitate comparitionis, ad evocationem domini, officioque aſſeſſoris, in judicio domini feudali, non infima quædam *ſervitiorum vaſalliticorum* ſpecies latet, in quibusdam curiis ipſamet jurisjurandi fidelitatis formula

diſerte comprehenſa. Sic v. gr. vaſalli Würtembergici *antiquiſſima formula* dominis ſuis inter alia hodienum ſpondent: "Urthel zu ſprechen mit Jhro Fürſtlich Gnaden Mannen, ſo ſie darzu ermahnet und erfordert werden," Apud CHRISTOPH. BESOLDVM in *Theſauro practico*, *voce* Lehens-Pflicht, *pag.* 573. IO. CHR. LVNIGIVM in *Corpore Iuris Feud. Germ. Tomo II. pag.* 1668. & IO. STEPH. BVRGERMEISTERVM in *Theſauro juris Equeſtris*, *XII.* Satz, *Cap. XXVI. pag.* 422. De variis aliis vaſallis, veluti *Badenſibus*, *Zolleranis*, *Oettingenſibus* idem docente *Cel.* IENICHEN in *uſu hodierno parium Curiæ*, §. *VII. pag.* 24. *ſq.* Eſt hoc id ipſum, quod veteres dixerunt, vaſallum teneri *placita* & *juſtitiam* (*guerræ* oppoſitam) *domini* ſervare & cuſtodire, hoc eſt, judicio domini clientelari citatum intereſſe, litibusque beneficiariis decidendis vacare. CAROLVS DV FRESNE DV CANGE, in *Gloſſario mediæ & infimæ litinitatis*, *voce Placitum*, *Tomo V. pag.* 519. DENIS *de* SALVAING, in *Tract. de l'Uſage des Fiefs*, *& autres Droits Seigneriaux*, *P. I. Cap.* 12. *pag.* edit. noviſs. *a Grenoble*, *fol.* 1731. 105. 110. *Ms.* BRVSSEL *de* BOISSIEV, *dans ſon nouvel examen de l'uſage general des Fiefs en France*, *pendant le XI. le XII. & le XIV. Siecle*, *pag.* 104. IO. IAC. MASCOV, in *principiis juris publicii*, *L. III. Cap. VII.* §. 3. 4. *in libro de jure feudorum*, *Cap. XI.* §. 17. & 24. & in *Diſp. de paribus curiæ*, §. *IX. XIV. XV. XVI. XVIII. pag.* 15. 23. *ſq.* itemque *Cl.* IO. IAC. SORBERVS, in *Vol. II. Commentationis de comitiis veterum Germanorum*, *P. II. Cap.* 8. §. 308. *pag.* 206. 207. Plane, uti *vaſalli*, præter *ſervitia* equeſtria & *militaria*, ad *aulica* quoque ſubeunda & palatina variis occaſionibus bey Ehren-Fällen und Ehren-Zügen, in Freud

und Leyd, dominis ſuis, ea hodie mature rogare ſolitis, exhibenda tenentur. *Illuſtris* CHRIST. GOTTL. BVDER, in *Amœnitatibus juris feudalis*, *Obſerv. XXIII. pag.* 153.--164. & inprimis IO. GEORGIVS CRAMER, tum in *Commentario de prærogativis nobilitatis avitæ*, *Cap. V. §. VI. Tomo I. pag.* 431. *ſq.* tum in ſingulari *commentatione, de jure Principum ac Procerum Germaniæ ſervitia aulica a vaſallis nobilibus exigendi*, *Lipſiæ*, 1744. edita. Et tenentur quidem vaſalli, tam proximi hujus generis ſervitia, *aulica* nempe & *palatina*; vid. omnino CRAMER *all. loco*, §. *XV. pag.* 86. 87. 88. quam in primis etiam *civilia* & *judiciaria* illa, quæ dixi, in comparendo, adſidendo, judicandoque conſiſtentia, vid. *Diſſ. de uſu hodierno judicii parium curiæ Würtembergici*, §. *XXVII. pag.* 43. æque ac conſueta & ordinaria ſervitia ſua militaria & equeſtria, vid. omnium loco CAR. HE. MOELLER *in primis lineis uſus practici diſtinct. feud. Cap. XVII. Diſt.* 6. *pag.* 408. 409. quorum intuitu fructus feudi lucrantur, propriis ſuis ſumtibus atque impenſis præſtare. Manifeſto ſane argumento, non jus quoddam activum, vel inſignem quandam prærogativam exercere, ſed obligationem potius & onus, ſervitiique ſui partem haud poſtremam adimplere vaſallos, qui, tamquam pares, in curia domini judicant, certe non ſuam, non propriam, ſed alienam, ſed dominicam jurisdictionem, in illos plane non cadentem, exercentes.

## XXIIII.

Id quod mihi paullo altius repetendum eſſe videtur. Ex quo enim inter antiquiores Germanicæ originis populos,

los, illos præſertim, qui ſuas fortunarum ſedes vicinis priſci Imperii Romani provinciis intulerunt, *feuda* exorta, ſenſim ſenſimque aucta, inque certam deinceps formam ordinata fuerunt, prioribus nempe medii ævi ſæculis, uti *miniſteriales*, ſic reliquos etiam *vaſallos* nobiles, milites licet vel equites, ſi non omnes, pleroſque tamen, ſemper, vel maximam certe anni partem, in palatio, aula & comitatu Regum, Principum atque Dominorum ſuorum egiſſe, certiſſimum eſt. C. IVLIVS CAESAR in *L. de bello Gallico VI. Cap.* 15. " *atque eorum ut quisque eſt genere copiisque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos clientesque habent. Hanc unam gratiam potentiamque norunt.* „ C. C. TACITVS *de moribus Germanorum, Cap. XIII.* " *Magnaque & comitum æmulatio, quibus primus apud Principem ſuum locus, & Principum, cui plurimi & acerrimi comites, hæc dignitas, hæ vires, magno ſemper electorum juvenum globo circumdari,* IN PACE DECVS, *in bello præſidium. Nec ſolum in ſua gente cuique ſed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria eſt, ſi numero ac virtute comitatus emineant.* „ CAPITVLARIA regum Francorum pene omnia abunde nos docent, non ſolum, quod vaſſi & vaſalli eorum nobiles, Regibus & dominis ſuis ad palatina æque ac militaria ſervitia præſtanda, officii ſui religione adſtricti, verum etiam quod eccleſiaſticorum æque ac ſæcularium Principum Statuumque Regni illius, Epiſcoporum nempe & Prælatorum, Ducum & Comitum vaſalli ad miniſteria & ſervitia aulica, domeſtica etiam & quotidiana, ſicque tam Regum, quam Principum vaſalli ad frequentem apud Reges & Principes ſuos reſidentiam, aularum & palatiorum decus atque ſplendorem, obligati fuerint. Cujus rei exempla & probationes collegit laudatus

laudatus CRAMERVS, §. *III. nota f*) & *g*) *pag.* 10. & 11. Neque id mirum eſſe poterit ei, cui perpetuæ Germanorum turbæ cognitæ ſunt atque perſpectæ, barbara & effrenata illa bellorum privatorum, ſive diffidationum, licentia excitatæ, poſtulantes omnino, ut ſecuritatis defenſionisque *dominorum* cauſa *vaſalli* illis ſemper præſto fuerint, *quotidie ad ſerviendum parati*, *domi forisque cuſtodes lateris*, *ſatellites*, (vid. *de hac voce* DV FRESNE & inprimis DAV. GE. STRVBEN in *P. I.* derer Nebenſtunden, *pag.* 468. 469.) corporisque cuſtodes fidiſſimi, a re ipſa ſic quoque appellati. Adeo, ut licet non inſimul quoque officiis & miniſteriis aulicis adhibiti fuiſſent, qualia tamen ſervitia, præter militaria, præſtandi neceſſitatem atque obligationem, feudorum origini & progreſſui recte coævam putes, ſemper tamen præſentes eſſe debuerint *vaſalli*, quos ſcilicet, antiquo pariter atque medio tempore, dominos ſuos, omnibus fere officiis miniſteriisve, domeſticis etiam atque quotidianis, adhibuiſſe conſtat. Differebant quidem *vaſalli* initio a *miniſterialibus*, proprie ſic dictis (Dienſtleuten) *familiæ* & *gaſindii* (diverſi omnino a *vaſſatico fidelium*) nomine contineri ſoliti. E legibus *Longobardicis*, *Tit. LII. C. I.* ubi apud P. GEORGISCH in *Corpore Iuris Germ. antiqui col.* 1121. legitur: „*Si enim quicunque liber homo, in ſervitio* DE GASINDIO *Regis, aut de ejus* FIDELIBVS, *introiverit*, variisque diplomatibus id obſervante IO. IAC. MASCOVIO in *principiis juris*, tum *publici*, *L. VII. Cap.* 1. §. 17. tum *feudalis*, *Cap. I.* §. 7. & *Cap. IV.* §. 21. (add. ſi placet, tum IOACHIMVS POTGIESSER *de ſtatu ſervorum*, *L. I. Cap. IV.* tum CHR. HENR. BREVNING in *Diſſ. de Gaſindis hodiernis neceſſariis ex jure* des Dienſtzwangs, *Lipſiæ* 1757. ed. *Cap. I. pag.* 5.)

*pag.* 5.) Succeſſu temporis autem melior facta *miniſterialium* conditio, ex quo ad militares honores admiſſi & poſſeſſiones ipſorum feudali jure cenſeri cœperunt. Sic enim factum eſt, ut raro amplius diſtinguerentur, ſed ubique potius conjungerentur vaſalli & miniſteriales. Conf. Ejusdem MASCOVII *Commentarii de rebus Imp. ſub* HENRICO V. *L. III.* §. 55. 56. *pag.* 233. 234. 235.

## XXV.

Quid, quod Reges & Principes non alios olim habuere *conſiliarios* atque *miniſtros*, quam ipſosmet nobiles *vaſallos* ſuos & *miniſteriales*, hosque ſolos in negotiis belli & pacis in conſilium & conſenſum plane adhibuere, *amicos* ideo & *familiares* ſuos, veluti apud IO. FRID. *a* SANDE in *commentariorum in Geldriæ & Zutphaniæ conſuetudines feudales, tractatione præliminari, num. XVI. in fine;* IO. FRID. SCHANNAT in *Parte I. Clientelæ Fuldenſis, Cap. III.* §. 4. *pag.* 49. *Cap. IIII.* §. 1. *pag.* 51. & inter *probationes, Dipl.* 67. *pag.* 225. *Dipl.* 82. *pag.* 231. *Dipl.* 586. *pag.* 361. IO. GE. ESTOR in *Comm. de miniſterialibus, Cap. III. Sect. V. & VI. pag.* 293. *ſq.* & CHRIST. GOTTL. RICCIVM **von dem Landſäßigen Adel in Teutſchland,** *Cap. XVII.* §. 2. *pag.* 158. & *Cap. XVIII.* §. 1. *pag.* 161. immo *conſiliarios* plane ſuos, veluti apud FRID. CAR. BVRI, ad *Schilteri Inſtitut. juris feud. P. I. pag.* 270. *num.* 41. ALB. GE. SCHWARZIVM **in der Pommeriſch- und Rügianiſchen Lehenhiſtorie,** *pag.* 232. 308. & in *Selectorum* SENCKENBERGIANORVM *Tomo II. pag.* 481. 487. adpellarunt, quales re vera etiam primum omnes *vaſalli* fuerunt, quibus feuda loco ſtipendii & ſalarii pro ſervitiis militaribus, aulicis, judiciariis,

ciariis, variisque aliis concedebantur. Conf. IO. P. *de* LVDEWIG, in *præf. juris clientelaris*, §. *IX. pag.* 8. & in *jure clientelari* ipſo *pag.* 20. *nota g*) *pag.* 38. *nota r*) *pag.* 113. *nota q*) *pag.* 114. *nota ſ*) nec non in *juribus feudorum Romani Imperii atque Germaniæ Principis & provincialium nob. Cap. XII.* CASP. ACHATIVS BECK, in *Tract. de paribus reipublicæ miniſtri & vaſalli juribus*, *Ienæ* 1715. 4. IO. GE. CRAMERVS, in laudata *Commentatione*, §. *IIII. nota b*) *pag.* 12. 13. qui inter antiquiſſima vaſallorum officia, illud, quo inde a prima feudorum origine, dominos ſuos non *auxiliis* modo, ſed & *conſiliis* juvare, obſtricti fuerunt, non infimo loco ponendum eſſe, *Normannica, Francica & Italica*, VASALLAGII, ſive juramenti vaſallorum fidelitatis *formula*, *conſilium* & auxilium dominis diſerte repromittente, comprobavit. Quem ad modum ex eodem hoc principio tam PHILIBERTVS, *Epiſcopus Carnotenſis*, in *epiſtola de forma fidelitatis*, cujus fragmentum, tum in DECRETO GRATIANI, *Can.* 18. §. 1. *Cauſa XXII.* tum in II. *Feudorum* 6. legitur, vaſallum ad conſilium & auxilium domino præſtandum obligavit; verbis: "*Sed quia non ſufficit abſtinere a malo, niſi fiat quod bonum eſt: reſtat, ut in ſex prædict s* (puta incolume, tutum, honeſtum, utile, facile, poſſibile) *conſilium & auxilium domino præſtet, ſi beneficio vult dignus videri, & de fidelitate eſſe ſalvus*,, quam ipſum quoque jus feudale *Longobardicum*, in nova illa, quæ II. *Feudorum* 7. traditur, tum fere in omni curia approbata atque uſitata, forma fidelitatis, vaſallum domino ſuo inter alia ſic quoque jurantem inducit: "*Et ſi conſilium mihi ſuper aliquo facto poſtulaveris: illud tibi dabo conſilium, quod mihi videbitur magis expedire tibi.*,, Nec, niſi hanc, quam hucusque tradidi, vaſalli notionem ante oculos habeas,

beas, intelligere poteris, quæ II. *Feudorum* 5. leguntur: "*Si vero domeſticus, id eſt familiaris ejus ſit, cui jurat:* rel. *nominatim vitam, membrum, mentem, & ejus rectum honorem cuſtodire jurabit.*,, Cui denique bono vaſallus juramento promitteret? "*nec id quod mihi ſub nomine fidelitatis promiſerit dominus, pandam alii ad ejus detrimentum, me ſciente*,, II. *Feud.* 5. vel II. *Feud.* 6. "*ne ſit ei in damno de ſecreto ſuo*,, vel II. *Feud.* 7. "*Et ſi aliquid mihi de ſecreto manifeſtaveris, illud ſine tua* (domini) *licentia nemini pandam, vel per quod pandatur, faciam.*,, Adeo, ut feloniæ rei beneficium amittant & feudo in poſterum carere debeant, qui *credentiam ad dominorum ſuorum damnum ſcienter manifeſtaverint.* I. *Feud.* 17. Conf. omnino SAM. STRYK in *Examine juris feudalis, Cap. XIII. qu.* 11. & *Cap. XXIII. qu.* 11. *num.* (3) itemque in *Diſp. de credentiæ revelatione, Francofurti, anno* 1675. habita, & in *Vol. III. num.* 8. *pag.* edit. Ulm. 197. reperiunda, *Cap. I. num.* 1. 2. *Cap. II. num.* 18. *Cap. III. num.* 8.--35. *Cap. IV. num.* 2.--6. *Cap. V. num.* 8. *ſq.* 11. *ſq.* nec non SAM. FRID. WILLENBERGII *Diſſ. de Vaſallo epichærecaco*, **von dem Lehenmann, als einem Schadenfroh**, ibidem, *anno* 1700. ed. Neque alia *Germanico*, quam *Longobardico* jure feudali, conditio & obligatio vaſallorum fuit. Sic enim VETVS AVCTOR *de beneficiis, Cap. I.* §. 16. in SENCKENBERGIANO *Corpore juris feudalis Germanici, pag.* 160. "*Homo etiam Domino ſuo in hoc ſerviat, ut beneficiales ſententias ſibi inveniat, cum dominus eguerit.*,, Ita IVS FEVDALE SAXONICVM, *Cap. IV. pag.* 181. "**Der man ſal ouch ſeine herren dinen darmete, daz her ime urteil finde zu lenrechte vor mittage und buzen gebundenen tagen mit urteilen begriffen wird ꝛc.**,, & latine, *Cap. VI.* §. 2. *pag.* 220. "*Vaſallus*

*etiam*

*etiam tenetur ſervire domino ſuo in hoc, quod ſibi ſententias inveniat in jure feudali, ante meridiem & extra dies feſtos & tempus feriatum.„* rel. Adde IVS FEVDALE ALLEMANNICVM, *Cap. IX.* §. 1. & 2. “*Si dominus vaſallis ſuis curiam coram ſe indicit feudalem, qui comparet tempore antemeridiano, recte atque ordine comparet, qui vero poſtea comparet, multandus eſt. Dominus non debet in feriis jus dicere.„ Cap. XVII.* §. 1. *pag.* ibidem 30. ibi: “ *qui eſt vaſallus domini alicujus poteſt advocare & ſententias invenire in judicio feudali, licet clypeo bellico non gaudeat „ Cap. XVIII.* §. 1. ibidem, “*Dominus ad minimum habeat duodecim pares, quoties de feudo vult cognoſcere.„* Conf. IO. SCHILTERI *Commentarius, pag.* 164. *ſq.* 181. & 182. *ſq.* & inprimis CHR. GOTTLIEB BVDERI *Diſſ. de judiciis duodecimviralibus populorum ſeptendrionalium ac Germaniæ,* §. *XVI.* in *Opuſculis, pag.* 575. *ſq.* Cum igitur teſtatiſſima ſit priſca vaſallorum dominis *conſilio* inſerviendi, pergit ibi CRAMERVS, *pag.* 13. ſive dominos ſuos conſiliis adjuvandi, eorum negotia gerendi, omnisque generis officia & miniſteria obeundi, obligatio, ſatis perſpicuis ſignis apparet cauſſa, cur Principes & Proceres Germaniæ olim non opus habuerint, ut ſingulares ſibi conſtituerent miniſtros, officiales & *conſiliarios,* quippe quorum vices *vaſalli* ſuſtinebant. Neque opera aliorum miniſtrorum illi indigebant, cum reliquis etiam officiis ac miniſteriis aulicis & judiciariis, tam in *aula,* quam in *cancellaria,* omnisque fori *judiciis,* quæ dominis neceſſaria erant, defungerentur vaſalli nobiles & miniſteriales, quos domini olim in omnibus negotiis, belli & pacis, in conſilium vocabant, ad cognoſcendas & decidendas cauſſas & controverſias, non ſolum *feudales,* tanquam pares curiæ, ve-

 rum

rum omnino etiam *civiles* (varias hujus rei probationes, in omnibus tamen diplomatum collectionibus facile inveniendas, ſuppeditante CRAMERO, §. IIII. *nota e) pag.* 15.) tanquam judiciorum publicorum, quibus ipſi Principes & domini olim præſidebant (vid. GVIL. FRID. *de* PISTORIVS *Diſſ.* II. & IIII. in *P. Amœnitatum I. pag.* 47. *ſq.* & 76. *ſq.*) tanquam *ſcabinos* & *adſeſſores*, (vid. BVRI all. loco, *P. I. pag.* 329. *num.* 113. & *pag.* 346. 347. *num.* 131. 132.) immo etiam tanquam commiſſarios, adhibebant, illisque in ſexcentis, coram eis peragi ſolitis negotiis, velut *teſtibus* fide digniſſimis, ESTOR all. loco, *Cap. III. Sect. X. pag.* 299. *ſqq.* & *pag.* 641. *ſqq.* & RICCIVS all. loco, *Cap. XVII. m. ſq. pag.* 157. *m. ſqq.* variisque præſentium illorum, ceu præcipuorum belli pacisque arbitrorum, aulæ & cancellariæ procerum, *conſiliis*, officiis & miniſteriis, utebantur. Conf. omnino tum AVCTOR notiſſimi & nobiliſſimi libri de *Ingenio legum, P. II. pag.* 213. 260. 261. 278. 279. 282. *ſqq.* edit. *a Geneve*, 1749. tum & doctiſſimus AVCTOR **der Abhandlung von denen Antruſtionen**, §. *V.* **in denen Abhandlungen aus dem teutſchen Staats- und Lehenrecht**, (8. Halle 1757.) *pag.* 60.

## XXVI.

E quibus omnibus ſatis ſuperque adparere puto, quod Principes & *domini* inſimul *directi*, beneficiarias vaſallorum ſuorum lites, eisdem prorſus *vaſallis* & *miniſterialibus* ſuis, quorum *conſiliis*, ſuffragiis & *ſententiis* in omnibus reliquis negotiis & cauſis, plane non feudalibus, pariter utebantur, & præter quos, alios olim non habuerunt *conſiliarios* & *officiales*, cognoſcendas atque decidendas

dendas dederint, ſicque ſuam jurisdictionem feudalem, non aliis, quam ipſis vaſallis, *paribus* nempe *curiæ*, demandaverint, *proprio* tamen vel ſaltem cum ipſo domino ſuo directo *communi* quodam, de feudis judicandi *jure*, adeo deſtitutis, ut, quem ad modum poſtea Principibus Germaniæ, aucta magis magisque dignitate eorundem & potentia, mutataque & in aliam longe formam redacta publicæ rei, tam in bello, quam in pace, adminiſtratione, ſine dubio prorſus liberum fuit, aulas ſuas, certo ac definito conſiliariorum aliorumque miniſtrorum numero, indies aucto & ſequiori deinceps ævo in varias claſſes, quas *collegia* hodie & **Balleyen** vocant, diſtincto, vid. omnino ANT. WECK, in *P. II. Chronici Dresdenſis, Cap.* 2. *pag.* 173. *ſeq.* & apud IO. NIC. HERTIVM, *de Conſultationibus, legibus & judiciis in ſpecialibus Romano-Germanici Imperii rebus publicis*, §. *II. Vol. I. P. II. pag.* 408. 409. GVIL. MELCH. de LVDOLFF in *Obſervatt. forenſibus P. I. obs.* 99. *pag.* 245. *illuſtris* DAV. GE. STRVBEN, tum in *Obſervatione Iuris & Hiſtoriæ Germ.* II. *pag.* 25. 31. 35. tum **in dem gründlichen Unterricht von Regierungs- und Juſtitz-Sachen**, *Sect.* I. §. 2. *pag.* 6. 9. *ſq.* & §. III. *pag.* 15. *ſq.* & IO. IAC. MOSERVM, in *obſervationibus practicis juris publici de jure Statuum Imperii circa ſuos conſiliarios, Francofurti ad Viadrum* per modum *Diſp.* academicæ *anno* 1738. ventilatis, §. XIV. XV. *pag.* 10. 11. & in tract. **wie weit ſich die Landesherrliche Gewalt erſtrecke, denen Cammer-**Collegiis **zugleich auch Juſtitz-Sachen anzuvertrauen**, §. 3. *ſq.* §. 6. 7. 8. **in deren Nebenſtunden von teutſchen Staatsſachen**, III. **Theil**, *Num. XIV. pag.* 434. *ſq.* inſtruere, e contrario autem nobiles, miniſteriales & vaſallos ſuos ab aulis & palatiis ſuis arcere, & velut ſubmovere,

vere, ſervitiis militaribus reſervare, nec niſi rarius, inſtante modo ſolemni quadam panegyri feſtoque die, ad peragenda officia aulica evocare: ita illis non minus integrum atque permiſſum fuerit, *feudales* æque ac reliquas omnis generis cauſſas, conſtitutis deinceps ſingularibus conſiliariis, cooptatisque in *aulas* & *cancellarias* ſuas *jureconſultis*, propter ipſam jurisprudentiæ, indies amplioris ſubtiliorisque factæ, indolem ſenſim ſenſimque magis neceſſariis factis, obſervante HERM. CONRINGIO, in *Diſp. de Iudiciis reipubl. Germ.* §. 59. *illuſtri* DAV. GE. STRVBEN, in loco paullo ante all. *Sect. I.* §. 3. *pag.* 15. nec non pariter *illuſtri* WOLFG. AD. SCHOEPFF in *Proc. Dicaſt. Würtemb. Præfat. nota y)* delegare, convaſallos & pares curiæ regulariter non amplius, ſed tum demum judicandis cauſis feudalibus adhibere, atque ad conſtituendum ſingulare aliquod *judicium parium curiæ* convocare, cum ipſi in *propria* veluti *cauſa* judicare non poſſe, peregrinorum maxime jurium auctoritate, crederentur. Eodem itaque modo ſeſe hodie ſervitia vaſallorum *judiciaria* habent, quo modo rem cum ſervitiis illorum *aulicis*, hodie comparatam eſſe novimus. Olim, præſentes in aula & curia Principis vaſalli & miniſteriales nobiles, domino, præter militaria, ſervitia tum *aulica*, tum *judiciaria*, vid. *L. de ingenio legum, P. II. L. XXX. Cap.* 18. *pag.* 282. & *L. XXXI. pag.* 306. *ſq.* præſtabant. Poſtea vero, cum non amplius aulis & curiis dominorum inter - ſed propriis potius rebus ſuper - eſſent vaſalli, alii in eorum locum ſucceſſerunt, miniſteriales ſcilicet, ſive officiales aulici & conſiliarii regiminis, iſtos veluti repræſentantes, iisdemque nunc muneribus fungentes, *reſervato* tamen dominis directis

*jure*,

*jure*, abſentes hodie ab aula, curia & cancellaria Principis vaſallos, ad præſtanda *utriusque generis ſervitia* toties hodienum evocandi congregandique, quoties ILLIS, *vel* ad majorem aulæ, comitatus, itineris, expeditionis, feſtique diei ſplendorem, *vel* ad decidendam hanc illamve litem beneficiariam, opus habere videbantur. Non magis igitur dominus ad convocanda judicia parium curiæ tenetur, quam ad convocandos in diebus feſtis vaſallos. Utrumque eodem modo in domini arbitrio poſitum arbitror. Sicut ad utrumque ſine dubio perfecte obligantur vaſalli: ita utrumque ex parte domini eſt res meræ facultatis & liberrimi ejus arbitrii. Non magis enim vaſalli poſtulare poſſunt, ut dominus cauſas feudales controverſas, convaſallis ſive paribus eorum, nec vero conſiliariis ſuis, decidendas tradat, quam quidem hodie prætendere poſſunt, ut dominus directus eos omnibus illis officiis miniſteriisque aulicis adhibeat, quæ olim revera ſuſtinuerunt. Sicuti Principes hodienum *officiales aulicos hereditarios*, eosdemque *vaſallos*, habentes nihil prorſus impedit, quo minus aliis pro lubitu Marechallis, Dapiferis, Pincernis, Camerariisque, non hereditariis utantur; adeo, ut qui exempli gratia *pincerna hereditarius* eſt, ipſe nihilominus *ſupremus aulæ marechallus* eſſe, hicque nihilo minus inſimul hereditarium iſtud pincernæ officium, *feudi lege*, ab eodem, cujus marechallum quotidie agit, PRINCIPE recognoſcere queat; quale exemplum ſatis illuſtre in *Diſſ.* me præſide, *Tub. anno* 1751. defenſa, *de appropriatione feudorum, ex utroque jure feudali Longobardico & Germanico, tam publico, quam privato*, §. *XXXIX. pag.* 40. 41. & inter adjuncta, *Num. VII.* immo etiam *Num. VIII. pag.* 64. & 65. legitur; add. FRID. CAR. *de* MOSER teutſches

 Hof-

**Hofrecht**, *VI.* **Buch**, *II.* **Cap.** §. 45. *II.* **Band**, 149. **Seite**: ita quoque dominos directos vaſallos habentes nihil prorſus impedit, quo minus decidendis litibus feudalibus alios, quam vaſallos, adhibeant, horum vice fungentes, eosque, ſi velis, repræſentantes. Verbo, uti hodie unice ab arbitrio & voluntate domini pendet, utrum ad majores *ſolemnitates* aulicas vaſallos ſuos convocare velit, necne: ita ejus quoque voluntati unice relictum eſſe debet, utrum *cauſas feudales* conſiliariis ſuis, an vero paribus curiæ decidendas committere velit. Liceat hactenus dicta alio quodam eoque ſatis adpoſito ulterius adhuc confirmare exemplo. Quis eſt, qui neſciat, inveſtituras feudorum, tam primas, quam *ſecundas*, uti ego quidem ulteriores illius *renovationes* adpellare ſoleo omnes, olim parium curiæ, tanquam teſtium, præſentia, tam probationis, quam ſolemnitatis gratia, opus habuiſſe? *II. Feud.* 23. 32. 33. 58. §. *idem*, ℣. *idcirco.* Cum tamen hodie *pares curiæ* non niſi rariſſime, nec aliter, quam occaſione ita ferente interveniant novi alicujus feudi collationi, ſolemniter peragendæ, extraneis nempe quibusvis, modo alias habilibus, teſtibus hodie æque ac inſtrumentis litterisque clientelaribus abunde comprobandæ. SAM. STRYK, in *Exam. Cap. XII. qu.* 16. ℣. *moribus.* IO. GE. ESTOR in *Diſſ. de inaugurationibus beneficiariis, harum ſymbolis ac ritibus, præſertim inveſtitura ſine litteris, Marburgi* anno 1744. & 1746. ed. Sicut itaque dominus directus, ejusve commiſſarius, vel *præpoſitus feudorum*, **der Lehen-Probſt**, inveſtituram, ejusque renovationem, absque paribus curiæ, coram aliis quibuscunque teſtibus, maxime extraneis, veluti conſiliariis, curiæque ſuæ, ab ipſo Regiminis provincialis Collegio raro diſtinctæ, adſeſſo-

ſeſſoribus rite & valide peragere poteſt; ita quoque eis hodie reg. non opus habebit, lites feudales cogniturus, ſufficienti plerumque conſiliariorum numero ſtipatus. Noli explodere hancce argumentationem. Magna ſcilicet olim inter præſentiam & neceſſitatem parium curiæ in *actu inveſtituræ* & in *judicio feudali*, interceſſit connexio. Inter alias namque plures cauſas, cur vaſalli potiſſimum cauſis feudalibus decidendis adhibiti fuerint, haud poſtrema hæc quoque fuit, quod velut teſtes inveſtiturarum optimam harum feudorumque cognitionem habuerint, ſicque omnium optime judicare potuerint, quibus legibus hoc vel illud feudum, nunc controverſum, a domino, uti olim conceſſum, ita a vaſallo in poſterum quoque poſſidendum ſit. Utque ſuo tempore eo melius judicare queant, eoque inſtructiores judiciis feudalibus interſint, ipſis quoque inveſtituris illos intereſſe earumque actus ſolemnes eo ſplendidiores reddere juſſerunt domini. Cum e contrario hodie probationes feudales ſæpius meliusque *inſtrumentis* & documentis, quam *teſtibus*, & teſtibus quoque *extraneis* magis, quam *paribus curiæ*, perficiantur: quis neceſſitatem parium curiæ in judiciis feudalibus tantam hodienum prædicaret, quanta illa *tum* fuit, *quum* omnia adhuc ſine litteris, coram paribus curiæ, teſtato ſcilicet celebrarentur negotia, e quibus, ſi in dubium vocentur, lites clientelares naſci poſſunt & ſolent. Quis denique olim, inveſtituram feudi alicujus rite peractam fuiſſe, facilius meliusque teſtari potuiſſet, quam qui in curia feudali, ubi illa peragebatur, *præſens* plerumque fuit, *vaſallus*. Quod ſi longius evagari mihi liceret, hoc quoque uterer argumento, quod *ſtatus ordinesque provinciales* ſuppeditant, magni omnino, ſi quidem recte ducatur.

tur, ponderis & momenti. Nam & illos, æque ac vaſallos, vel vaſallos potius ſubinde tanquam inſimul ſtatus provinciales, Principum conſiliarios, eorumque tanquam judicum, in omnis generis judiciis, olim ab ipſismet Principibus celebrari ſolitis, ſcabinos & adſeſſores fuiſſe, ſi quis alius, *illuſtris* certe DAV. GE. STRVBEN ſolide docuit in dem gründlichen Bericht von Regierungs- und Juſtitz-Sachen, *Sect. I.* §. 1. & §. 2. *nota b) pag.* 9. *ſq.* & in *Decade Obſervationum juris & hiſtoriæ Germ.* (4. *Hildes.* 1735.) *Obs. IV. de Statuum provincialium origine & præcipuis juribus,* §. 1. 2. 3. *pag.* 158. *ſq.* & in *Obs. V. de Statibus provincialibus ſuperiorum Dicaſteriorum aſſeſſoribus,* §. 1. 2. *pag.* 209. Conf. de Statibus *Haſſiæ* provincialibus *Cel.* IO. GE. ESTOR, in *Diſp. de Comitiis & Ordinibus Haſſiæ, præſertim Caſſelanæ, provincialibus, Marb. anno* 1745. ed. *Cap. I.* §. 4. *Cap. III.* §. 42. & *Cap. VII.* §. 78. Cujus tamen *juris morisque* vix aliud indicium fragmentumque ſupereſt, quam quod in nonnullis ſtatibus provincialibus, ſupremorum plerumque Dicaſteriorum tribunaliumve aſſeſſoribus, hodienum conſpicimus. Vid. præter STRVBEN in all. *Obs. V.* §. 5. *pag.* 225. e. gr. *Cel.* WOLFG. AD. SCHOEPFF, in *Præfat. Proceſſus Appellationis Würtembergici* paſſim & in *Cap. II.* §. 1. *pag.* 72.

## XXVII.

Verum enim vero, quid alienis, longiusque petitis & conquiſitis, opus eſt argumentis! cum aliud quoddam in promtu ſit, quod & *propius* huc accedit & *fortius* omnino *ſtringit*. Olim cauſas feudorum Imperii, majorum præſertim atque regalium, inter Principes & Status

Status Imperii, tanquam vaſallos Imp. & Imp. controverſas, non a ſolo Imperatore, ſed potius ab Imperatore aliisque Principibus & Statibus Imperii, in comitiis Imperii, vel certe in conventibus Principum, tanquam parium curiæ vere talium, cognitas ſententiisque definitas fuiſſe nemo negabit, qui doctiſſimam illam operam novit, quam in probando illuſtrandoque IVRE & IVDICIO, quod vocant, quodque multi fabulam, ſomnium & commentum putarunt, *Principum*, poſt & præter IO. EBERH. LINCKIVM, in *Diſſ. de Iure Principum, Argent.* 1708. navarunt, IO. GE. ESTOR, in *progr. de memoria judicii Principum Germaniæ ex pace Weſtphalica, Capitulationibus & annalium vetuſtate eruta, Ienæ, anno* 1740. & inſignibus aucto acceſſionibus, novoque hoc titulo, *de judicio Principum, fundamento & radice provocationis, vulgo recurſus ad Comitia, libellus ſingularis, anno* 1741. edito, ſupra (*pag.* 6. 7.) jam laudatus AVCTOR *disquiſitionis de judicio Principum*, una cum *ſupplementis* quibusdam & duabus illis *commentationibus* SENCKENBERGIANIS *de judicio Palatini in Cæſarem & de recurſu ad comitia, Francofurti & Lipſiæ, anno* 1742. editæ, nec non *perilluſtris* IO. VLRICVS L. B. *de* CRAMER, in *Tomo Opuſculorum IV. Num.* 17. *pag.* 432. *ſq.* ubi illuſtris quidam *caſus judicii Principum ſub* FRIDERICO III. *Imp. exerciti* legitur. Conf. omnino IO. BASIL. KÜCHELBECKER, in *Diſſ. de jure & modo cognoſcendi de feudis Imperii antiquo & hodierno, Halæ* 1731. 4. edito, *Cap. I.* §. 8. -- 15. *pag.* 9. -- 16. & IO. IAC. MASCOV, in *Diſſ. de paribus curiæ*, §. *XX. pag.* 34. Iam vero æque certum & extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, quod hodie cauſſæ feudorum imperialium, majorum licet & regalium, non niſi *a ſolo Imperatore*,

 tam-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-155910-p0083-6

tamquam domino directo, & quidem a IVDICIO *Ejus* AVLICO, *Ordinat. Iud. Imp. Aul.* FERD. III. *Imp. de anno* 1654. *Tit. II.* §. 1. excluſa fere, quæ tamen alias cum iſto concurrit, *jurisdictione* CAMERALI, *Ordin. Iud. Cam.* de *anno* 1555. & *Conc. O. Cam.* de *anno* 1613. *P. II. Tit.* 7. §. ob auch Sachen ꝛc. dijudicentur; FRID. GVIL. TAFINGER in *Inſtitut. jurisprud. Cameralis*, *Sect.* III. *Tit.* II. §. 443. 444. *pag.* 391. *ſq.* IO. STEPH. PVTTER in *introduct. in rem judic. Imp. P. I. L. I. Sect. I. Cap. I.* §. 19. *pag.* 7. 8. *Cap.* III. §. 155. & 156. *pag.* 114. 116. *ſq.* IO. FRID. KAYSER, in *Diſp. de cauſis feudalibus in judicio diſceptandis*, *Gieſſæ*, 1751. §. XXVI. PHIL. AD. SCHVLTHEISS, in *Diſſ. de foro competente Principum & Statuum in cauſſis feudalibus, regalibus atque eorumdem prærogativis & juribus, atque de eo, quod juris circa recurſum ad comitia*, *Mogunt.* 1743. RVDOLPH. CHP. HENNE in *Diſſ. de jure cognoſcendi in feudis regalibus Imperatori ſoli reſervato*, *Erfordiæ*, 1734. KÜCKELBECKER, all. loco, *Cap. II.* IVSTVS HENN. BOEHMER, in *Diſp. de majeſtate imperii magiſtratuum majorum*, *Halæ*, *anno* 1725. ed. *Cap.* II. §. 10. *pag.* 98. & 102. IO. DAV. GVTHER, in *Diſſ. de cauſis excelſiſſimum Iud. Imp. Aul. fundantibus ſine concurrentia cum judicio Camerali*, *Alt.* 1711. IO. SCHVLZ *a* SZVLECKI in *Diſp. de Camera Imperiali cum Iud. Aulico non concurrente*, *Francof.* 1706. IO. FRID. PFEFFINGER in *Vitr. illuſtrato*, *Tomo* III. *pag.* 320. *ſq.* nec aliud quoddam cauſarum feudalium genus, quam *feloniæ*, & quæ a Principibus Statibusque Imperii per eam fere plerumque committuntur, criminum læſæ majeſtatis & perduellionis, vid. GOTTL. SAM. TREVER, in *Progr. de jure criminali publico S. R. I. cautiſſime dijudicando*, *Gœttingæ anno* 1740. edito, & IO.

GE.

GE. CRAMER, *in Diſp. de natura & indole delictorum & pœnarum in cauſis Statuum Imp. R. G. Francofurti ad Viadrum, anno* 1728. & *Lipſiæ anno* 1738. edita, hodienum comitiis Regni Germanici univerſalibus, tanquam *paribus curiæ*, reſervatum ſit, banno ſcilicet atque proſcriptione non niſi comitiali, vindicandum. Secundum Capitulationes Cæſareas CAROLI VI. CAROLI VII. & FRANCISCI I. *Artic. XX.* §. 2. LVDERI MENCKENII *Progr. de modo Status Imp. banno feriendi, circumſpecte determinato, Lipſ.* 1712. *fol.* & LVDOVICI BERNH. L. B. *de* ZECH *Diſp. de proſcriptione Statuum Imp. R. G. Lipſiæ* 1735. & IO. IAC. MOSERI Reichshofraths-Proceß, *IV.* Theil, *Cap.* 8. §. 10. *ſq. pag.* 200. & *Cap.* 11. §. 5. *ſq. pag.* 268. Nemo enim hodie ea amplius fovet principia, quæ olim diſſeminare ſtuduit MARQ. FREHERVS in dem kurzen und gründlichen Bericht über die Frage: ob in Sachen Fürſtenthum und Grafſchaft, die vom Reich zu Lehen rühren, betreffend, die Kayſerliche Majeſtät allein, und zwar durch Dero Reichshofrath, oder mit Zuziehung der Stände, als *parium curiæ* zu erkennen und zu ſprechen, mit 32. Beylagen, *Francof.* 1608. & 1634. in M. LONDORPII *Actorum publicorum Tomo I. pag.* 26. in CASSANDRI THVCELII *Electis juris publici curioſis, anno* 1694. editis, *P. I. Cap. I. pag.* 1. ubi diverſas veterum juris publici ſcriptorum ſententias cumulavit hic *editor*, & in IO. CHR. LVNIGII *Corp. juris feud. Germ. Tomo I. num.* 73. *pag.* 163. *ſq.* Sin vero etiam, quod per me tantiſper licet, illud hic nec affirmantem, nec negantem, ſtatuas, omnes generatim cauſſas feudales, inter ipſum Imperatorem & quendam vaſallum Imperii controverſas, reliquos ordines Imperii, tanquam pares curiæ, judicare hodienum

poſſe

poſſe & debere; vid. *Dn.* TAFINGER loco cit. §. 443. *nota m) pag.* 392. & 393. mihi tamen meoque huic ſcopo ſufficere poteſt, omnes reliquas cauſſas feudales, vaſallorum Imperii majorum, inter ſeſe litigantium diſceptantiumve, ſolius hodie Imperatoris, Iudiciique ejus aulici, jurisdictioni clientelari ſubeſſe, nullamque in illis parium curiæ ſpeciem, umbram, memoriamve ſupereſſe. Cum enim vaſalli Principum Statuumque Imperii, quoad jurisdictionem clientelarem, non melioris certe conditionis eſſe queant dominis ſuis directis, neque in illis cauſis feudalibus horum cognitionem reſpuere paresque curiæ poſtulare, in quibus ipſimet Principes & Status a ſolis conſiliariis Imperatoris aulicis judicantur: ſatis ſuperque adparet, vaſallos nullum hodie judicii parium curiæ uſum poſtulare poſſe vel vindicare, quam forſan in cauſſis *feloniæ*, aliisque dominum ipſum propius tangentibus. Et quia conſtat, Principes & Comites, *aulas* & *curias* ſuas, *officia* ſua *aulica* & curialia, immo *judicia* ſua æque ac *comitia provincialia* ad exemplum aulæ & curiæ Regum atque Imperatorum, ad imitationem officiorum Regni atque Imperii aulicorum, ad normam, modum ordinemque judiciorum & comitiorum imperialium, conformaſſe & adornaſſe: IO. IAC. MASCOV, in *Diſſ. de originibus officiorum aulicorum S. R. Imp. Lipſiæ anno* 1718. ed. §. 1. *& ſq.* CHR. GOTTL. BVDER, *de feudis officialium hereditariorum* §. II. *pag. Opuſculorum* 222. IO. PHIL. KÜCHENBECKER von denen Heſſiſchen Erb-Hofämtern, §. II. *pag.* 7. IO. NIC. HERTIVS, in *Diſſ. de conſultat. legibus & judiciis in ſpecialibus R. G. Imperii rebus publicis*, §. 10. IO. GE. ESTOR in *Diſſ. de Comitiis & Ordinibus provincialibus Haſſiæ, Cap. I.* §. 1. & 5. *pag.* 3. & 5. inſimul quoque ſua ſponte elucet ratio, cur

cur mutata *juriſdictionis feudalis imperialis* forma, eaque a conſtatibus tanquam paribus curiæ, condita præſertim Camera, meliusque ordinato Conſilio Imperatoris aulico, in hoc ipſum translata, pariter quoque mutata fuerit *juriſdictionis feudalis provincialis* facies, eodem fere modo & tempore, ordinariis & communibus Statuum Imperii judiciis curiisque, inque illis non convaſallis amplius, ſed potius conſiliariis & jureconſultis Principum judicantibus relictæ, hincque judicia parium curiæ ubique fere, ſi a cauſis *feloniæ* vel aliis nonnullis *dominicis* diſceſſeris, in deſuetudinem abierint, ſine injuria dominorum, nec ſine inſigni *juriſdictionis* Statuum dominorumque directorum territorialium *clientelaris* (cui tamen ipſas *leges* Imperii *noviſſimas* adeo conſultum proſpectumque velle ſingulari *Diſp. de juriſdictione curiarum clientelarium Germanicarum, & de cauſſis feudalibus ibi tractandis*, ad Capit. noviſſ. *Artic. XXI.* §. 1. *Marburgi* anno 1746. docuit magnum *Haſſiæ* lumen IO. GEORG. ESTOR) præjudicio in illis quoque cauſis reſuſcitanda, quæ inter ipſos convaſallos vertuntur, *ſuperiorem* ſuum *judicem* habentes. Neque hic regerere vaſallis licet, quod majori ſpecie, argumentis, paullo ante *a ſervitiis aulicis, ab inveſtitura* atque *a ſtatibus provincialibus* deſumtis opponi potuiſſet, ipſorummet ſcilicet vaſallorum interfuiſſe, quo minus ſolus dominus directus, excluſis in poſterum convaſallis, lites beneficiarias finiat, atque ob hoc ipſum intereſſe dominos directos cauſas iſtas, invitis vaſallis, conſiliariis ſuis delegare paresque curiæ, ſi non penitus, maximam tamen partem excludere non potuiſſe. Cogitandum namque non ſolum, quod ſi non magis, tantundem certe interfuerit Principibus atque vaſallis Imperii, cauſas feudo-

rum ſuorum imperialium, majorum etiam & regalium, non a ſolo Imperatore, ſed a conſtatibus quoque ſuis, convaſallis, paribus curiæ, in comitiis nempe imperialibus, vel univerſalibus, vel particularibus certe ſui generis Principum, judicari, quam quidem horum vaſallis vel olim interfuit, vel hodienum intereſſe poteſt, nihilominus autem mutationem iſtam contigiſſe & cognitionem parium ſuorum, comitiorum puta, olim omnibus ſuis cauſis feudalibus indiſtincte communem, ad *felonias* & *proſcriptiones*, vel certe cauſas cum ipſomet Imperatore litigioſas, invitis ſine dubio & contradicentibus initio vehementer Principibus, conf. *Cel.* PÜTTERVS, all. loco, *P. I. L. I. Sect. I. Cap. I.* §. 19. 20. *pag.* 7. 8. reſtrictam fuisſe, tum vero etiam quod vaſalli, in id, ut cauſſæ feudales, nonnullis modo exceptis, non amplius, ut olim, a paribus curiæ, ſed reg. potius ab ordinariis Principis & domini ſui directi conſiliariis cognoſcantur, ſenſim ſenſimque non minus conſenſiſſe, quam quidem Principes & Status Germaniæ in jurisdictionem judicii imperialis aulici clientelarem, privativam præſertim & ſolitariam, primo *tacite*, dein vero etiam ſubinde *expreſſe* conſenſerunt, utrorumque, tum *vaſallorum*, tum *Principum* conſenſu, conſtanti deinceps & perpetua obſervantia ita corroborato, ut operam ludant, qui vel in *Haſſia*, vel alibi, ubi ſc. nihil aliud in contrarium proſtat, judicium parium curiæ, tanquam jus & prærogativam vaſallorum inſtaurare, ejusque hodiernum uſum citra cauſas feloniæ, in quibus iſtud ipſimet domini potius quam vaſalli, retinuerunt, vindicare conantur. Nam, quod olim omnes indiſtincte cauſſas clientelares, pares curiæ una cum domino ſuo directo judicaverint, ejus veluti in judicio parium

curiæ

curiæ feudali, ſcabini & aſſeſſores, mutato adeo rei *aulicæ* & *judiciariæ* ſtatu, nihil amplius probare poteſt. Noviori autem tempore non niſi in cauſis feloniæ & dominicis quibusdam aliis audiebantur judicare pares curiæ, nullo præterea communis alicujus & per univerſam Germaniam hodienum valentis juris feudalis textu, quo ſecure niti poſſent, muniti.

## XXVIII.

Amice potius cum hac ſententia & *diſtinctione* cauſarum feudalium, in eas, quæ inter dominum unumque vel plures vaſallorum ſuorum, & in eas, quæ vel inter duos convaſallos, vel vaſallum certe unum, aliumque extraneum controvertuntur, conſpirat IVS FEVDALE LONGOBARDICVM, pares curiæ non niſi in poſterioris generis cauſſis feudalibus, domino judices & ſcabinos adjungens. *Si contentio fuerit* (legitur in *I. Feudorum* 10.) *inter dominum & fidelem*, ſive vaſallum, (*fidelis* enim paſſim vocatur *vaſallus*, *I. Feud.* 1. §. 1. 2. *I. Feud.* 4. *pr.* & §. 5. *ſqq. I. Feud.* 5. *II. Feud.* 6. 52. 55. 57. 107. *LL. Longob. L. II. Tit.* 26. & 51. *lege* 14. *du* FRESNE, *h. voce*, FRID. CAR. BVRI *ad* IO. SCHILTERI *Inſtitut. juris feudalis*, *P. I. pag.* 62. *num.* 9. & quidem *de inveſtitura feudi*, *per pares curiæ dirimatur*; ſed an *per pares curiæ*, tanquam *per judices & ſcabinos*, an vero potius *per pares curiæ* tanquam *per teſtes?* Quod *poſterius* me judice rectius dixeris, quam illud. *Primo* namque ſupponitur *contentio de inveſtitura*, cujus pares curiæ teſtes fuerunt. *II. Feud.* 23. 32. 33. 58. *Deinde* mox pergit Iureconſultus: „ *Alii enim teſtes*, ſcilicet quam pares curiæ, *etſi idonei ſint*, *admittendi non ſunt*.„

Non ſolum non ad *judicandum*, ſed ne quidem ad *teſtimonium perhibendum*, cum inveſtituram olim non niſi per pares curiæ rite & legitime probari potuiſſe, ſupra dictum fuerit. *I. Feud.* 2. §. 1. 3. *pr.* 4. §. 1. 11. 23. 26. §. 1. *II. Feud.* 2. 19. 24. §. 1. 25. 32. 33. §. 1. 51. §. 5. 58. §. 2. 6. 8. & 88. Totus namque hic textus de probatione in contentione quadam inter dominium & fidelem de inveſtitura feudi agit. Dum inopiam probationum, religione, hoc eſt, jurejurando, vel clientuli, vel domini, uter poſſideat feudum, dirimi ſtatuit, nec non utrinque duodecim ſacramentales requirit. Quas tamen æque ac juramentum tum penitus excludit, cum vaſallus ſit *gaſtaldus vel actor domini*, ſive præfectus, vel adminiſtrator ejus, vid. BVRI, *P. I. pag.* 241. *ſq. num.* 2. & *pag.* 259. 260. *num.* 28. & IO. GOTTL. GONNE in *Diſſ. de Feudo Gaſtaldiæ*, *Halæ*, 1736. edita, & in *Theſauri juris feudalis Tomum II. pag.* 498. -- 540. recepta, contra quem æque ac in caſu *guardiæ*, de qua vid. THOMAS CRAGIVS in *jure feudali Angliæ & Scotiæ*, *L. II. Tit.* 20. *pag. edit. Mencken.* 520. *ſqq.* B. IVST. HENN. BOEHMERVS in *Diſp. de jure cuſtodiendi reditus beneficii vacantis*, *Halæ* 1740. in *Exerc. ad Dig. Tomo I. pag.* 922. IO. MICH. FRID. LOCHNER in *Otiis* ſuis (*Norimb.* 8. 1751. præfante B. SCHWARZIO editis) *I. Penſée* von dem *jure Guardiæ*, *pag.* 1. -- 40. IO. IAC. MASCOV, in *L. de jure feudorum*, *Cap. V.* §. 3. 4. *domini religioni ſtetur, niſi habeat teſtes pares idoneos*, quibus intentionem ſuam ipſe probare, ſicque domini juramentum excludere queat vaſallus. Denique provocatur ad legem, ſcilicet Longobardicam, quæ eſt in titulo de acquiſitione actorum regis in Lombardia, in P. GEORGISCH *Corpore juris Germ. antiqui*, *pag.* 928. 1019. & 1094. Quod in

textus

textus *I. Feudorum* 18. principio legitur: "*Si contentio fuerit de beneficio inter capitaneos, coram Imperatore definiri debet*„ ſententiam meam apprime confirmat. Cum ab Imperatore in hoc tertio, validum ad dominos directos nectere liceat argumentum. Nec obſtant, quæ ſequuntur: "*Si vero fuerit contentio inter minores valvaſores & majores de beneficio: in judicio parium definiatur*„ Valvaſores enim minores, ſive valvaſini, illi adpellabantur, qui a majoribus beneficium acceperant, *I. Feud.* 14. §. 1. 15. 17. 19. *II. Feud.* 4. 10. 53. & 89. capitaneorum vaſallis. IO. BAPT. VAVASSEVR *Diſſ. de valvaſoribus*, *Argent.* 1741. Quem ad modum itaque unus idemque diverſo reſpectu *dominus* & *vaſallus* eſſe poteſt: ita contentio, quæ inter valvaſores majores & minores vertitur, inter dominos & vaſallos vertitur, quam judicio parium definiri non nego. Principium *tituli I. Feudorum* 21. quod *laudamenti parium* mentionem facit, *de culpa vaſalli*, feudoque ſine illa non amittendo agit. *Feloniam* autem, termino veluti technico, *culpam* dici, multis aliis probari poteſt textibus. *I. Feud.* 7. 9. *pr.* 17. 19. 21. *c. ſancimus*, 22. eod. *c. II. Feud.* 9. *pr.* 22. 24. §. *f.* 26. §. 5. & 12. 40. Conf. SAM. STRYKII *Diſſ. de culpa vaſallo remiſſa*, *Francof.* 1681. in *Vol. IV. num.* 11. *pag.* 230. Idem prorſus de §. 2. ſequentis *tituli XXII.* dicendum eſt. In omnibus autem *primi libri textibus*, *parium curiæ* mentionem facientibus, non *ut judices & ſcabini*, ſed *ut teſtes* inveſtiturarum occurrunt. Nempe in 2. §. 1. 3. 4. *pr.* §. 3. 10. 11. 18. 21. 22. 23. & 26. §. 1. *II. Feud.* 16. *pr.* recte & plane ad mentem & ſecundum diſtinctionem iſtam, contentionem inter dominum & vaſallum de feudo ortam, per pares illius domus, ſi quos habeat, dirimendam eſſe dicitur, atque deinceps de

eligendis paribus agitur. *II. Feud.* 20. contentionem inter dominum & vaſallum, ſive epiſcopum & vaſallum a prædeceſſore ſuo inveſtitum, eamque præparatoriam velut & præjudicialem ſupponit. Quod in principio *II. Feud.* 34. dicitur: "*ſi inter valvaſores, coram paribus curiæ*„ e textu *I. Feud.* 18. de valvaſoribus *majoribus* & *minoribus* explicandum eſt. Æque ac dictio L. CORRADI, ad quam textus *II. Feud.* 16. provocabat, *II. Feud.* 34. *pr.* "*ſi inter valvaſores, coram paribus curiæ*„ Cæterum illa expreſſe dicit: "*ſi inter capitaneos controverſia ſit, coram rege* (domino directo) *finiatur*„ Adde ſequentia verba: "*Mediolani talis diſtinctio obſervatur, quia ſi inter duos, quicunque fuerint, de beneficio regali controverſia fuerit, quorum uterque a Rege ſe dicit inveſtitum fuiſſe, tunc cauſa coram eo deciditur, cæteræ vero cauſæ apud pares curiæ*„ quæ æque ac principium §. 1. "*ſi autem inter pares duos de aliquo beneficio controverſia ſit, coram iudice vel arbitro* differentiam cauſarum *dominicarum*, ut ita dicam, & *vaſalliticarum*, abunde comprobant. Quid porro clarius hanc in rem deſiderari poſſet ſequentibus *II. Feud.* 39. §. 1. verbis? "*Si inter dominum & vaſallum de beneficio fuerit controverſia: coram paribus finiatur.*„ Idem apprime confirmat totus *titulus* 46. ſtatuitque diſerte Imp. FRIDERICVS I. *II. Feud.* 55. §. 5. "*præterea ſi inter duos vaſallos de feudo ſit controverſia, domini ſit cognitio & per eum controverſia terminetur. Si vero inter dominum & vaſallum* (en contradiſtinctionem!) *lis oriatur, per pares curiæ a domino ſub fidelitatis debito conjuratos terminetur.*„ Neque aliud in capitulis extraordinariis occurrit. Nempe 73. ubi: "*ſi dominus conqueſtus fuerit paribus curiæ* (venditionem) *pares auditis rationibus intra anni ſpatium expedire faciant*„ 76. ubi de

vaſallo juramentum fidelitatis detrectante, 78. ubi culpa, & 79. "*ſi contentio fuerit inter dominum & vaſallum, & dominus habuerit aliquam rationem contra vaſallum & vaſallus contra dominum, vaſalli ratio prius diſcutiatur: quoniam pares majorem jurisdictionem habent de ſuo pari, quam de ſuo domino.*" Reliqui hujus *libri ſecundi* textus, parium curiæ mentionem facientes, eos, non ut *judices* & ſcabinos, ſed tanquam *teſtes* inveſtituræ ſiſtunt. 2. 19. 24. §. 1. 25. 32. 33. §. 1. 51. §. 5. 58. §. 2. 6. & 88. Teſtante NIC. CHRP. LYNCKERI *Concordantia juris feudalis, voce Curia & curtis, pag.* 12. & 13. nec non voce *Pares pag.* 40. & 41. Quod diſcrimen cauſſarum feudalium, inter dominum & vaſallum atque inter convaſallos, vel vaſallum & extraneum quendam, jure feudali Longobardico adeo verum eſt, ut ſi dominus pares curiæ vel nullos plane habuerit, vel quos quidem habuerit, judicare nequeant, veritas nihilominus per dominum inveniri debeat. *I. Feud.* 23. & *II. Feud.* 16. STRYK in *Exam. Cap. XII. qu.* 11. 12. 13. Ex quibus omnibus ſatis ſuperque adparet, quod Longobardi non niſi iſtas ſingulatim cauſſas feudales, quæ inter vaſallum quendam, ipſumque dominum directum obverſantur, parium curiæ ſuffragiis diremtas voluerint, reliquas vero omnes, vel inter ſolos convaſallos, vel & vaſallos inter exterosque agitatas, ſententia feudali decidendas, ſoli domino directo reliquerint. Objiciunt quidem diſſentientes textus *I. Feud.* 18. *pr.* & *II. Feud.* 34. *pr.* nec non *II. Feud.* 46. Uti vero prioribus illis jam ſupra reſponſum fuit; ita hic poſterior eo minus timendus eſt, quo clarius non ſolum perhibet, "*quod alter* (convaſallorum) *non poſſit trahere alterum ad judicium curiæ;*" verum etiam, tanquam veram cauſam & rationem ſufficientem

fundandæ

fundandæ jurisdictionis parium curtis allegat, “ *quia ad dominum quodammodo cauſa ſpectare videtur: ad quem inveſtitus habebit regreſſum de evictione.*„ Quando autem in fine additur: “ *generaliter tamen, etiamſi inter duos cauſa fuerit de beneficio, eos curia vocante, non licebit eorum alicui ejus curiæ judicium declinare* „ hoc fundatam jam antecedenter propter intereſſe domini parium curiæ jurisdictionem ſupponit, cum alias principio textus contradiceret, in quo regulæ ejus ſupra traditæ, “ *ut, ſi inter duos de beneficio fuerit controverſia, coram judice vel arbitro finiatur illa*„ ſingularis quædam exceptio, diſtinctionem illam adprime firmans, traditur. Male igitur gloſſatorum more ex hoc ipſo capitulo concludit IACOBINVS COLVMBINVS, quando ad illud apud ANT. MINCVCCIVM *de feudis L. V. rubro XX. Cap. V. not. d. pag.* 101. edit. SCHILTERIANAE hæc ſcripſit: “ *& habes heic, quod pares dent cognitionem, ſi* ***volunt****, quando quæſtio eſt de feudo* ***inter duos****, ſingulari* ***annotatione*** & laudatione *Cel.* IENICHEN, §. *II. pag.* 7. ideo, quod ipſe hic gloſſator, hocce capitulum vel de eo caſu, *ſi voluerint partes*, de quo tamen non diſputo, vel de *jure antiquo* explicandum eſſe cenſeat, quando diſerte addit: “ *hodie autem dominus debebit cognoſcere*, ut in *Conſtit.* FRID. ℣. *præterea, II. Feud.* 55. §. 5. prorſus indigna, a quo id potius mutuare & in rem noſtram convertere liceat, quod in *Pace Conſtantiæ* inter Imperatorem FRIDERICVM, & filium ejus HENRICVM, & quosdam nobiles Alemanniæ ex una parte, & civitates Longobardiæ, Marchiæ & Romandiolæ ex altera parte compoſita, Corpori Iuris Romani Iuſtinianæo ſubjuncta, §. 2. in *f.* legatur: “ *& ſi qua controverſia fuerit orta de feudo inter* NOS, (Imperatorem ſcilicet, dominum dire-

directum) & ALIUM, *qui ſit de ſocietate* (non vero inter duos illorum, quibuscum Imperator hanc pacem compoſuerat, vaſallos) *per* PARES *illius civitatis, vel epiſcopatus, in quo diſcordia agitur: & ſecundum conſuetudinem illius civitatis in eodem epiſcopatu terminetur, niſi nos* (Imperator) *in Lombardia fuerimus, tum enim in audientia noſtra, ſi nobis placuerit, cauſa agitabitur.„*

# XXVIIII.

Multo minus autem ex univerſo & quocunque jure feudali *Germanico*, ſive Franconico illo & Imperiali, ſive Suevico & Alemannico, ſive Bavarico, ſive Saxonico, ſive communi, &, ſi quod datur, *univerſali*, ſive *particulari*, ſive *antiquiore*, ſive *recentiore*, ullus produci poterit *textus*, ne dicam textuum concentus, qui paribus curiæ, jurisdictionem clientelarem indiſtincte, una cum ipſomet domino directo, inter ipſos etiam vaſallos, cum vaſallis exterisve quibuscunque coram illo litigantes, in cauſſis dominum ipſum nihil prorſus, nec mediate, nec immediate, nec indirecte, nec directe, nec ſecundario, nec principaliter attinentibus, ita tribueret adſcriberetque, ut illo hodienum ſecure inniti, ſuamque intentionem exinde probare poſſent vel pares ipſi, vel qui alias ad hosce ſubinde fruſtra provocant. Quæ enim v. gr. in des Fränckiſchen und Reichs-Lehen-oder Kayſer-Rechts III. Buch, Cap. 13. 16. 17. 18. 19. 20. & 22. *pag.* edit. SENCKENB. 11. 12. 13. 14. & 15. de miniſterialibus Imperii, tanquam conſiliariis, ſcabinis, judicibus & teſtibus in cauſſis feudorum imperialium; inque univerſo *corpore juris feudalis* SENCKENBERGIANO, quam pleniſſimam


niſſimam

